

## **Sancti Gregorii Papæ Primi Cognomento Magni Opera**

In Tres Tomos Distributa. Ex quamplurimis MSS. Codicibus emendata ;  
Additæ Sunt Quædam Notæ in Dialogos & Epistolas ejusdem S. Gregorii

**Gregor <I., Papst>**

**Lutetia Parisiorum, 1675**

Sancti Gregorii Moralis Expositionis In Beatum Iob, Liber Trigesimvs  
Tertivs.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74915](#)

conditionis ejus magnitudine cognita , quis non immensa formidine corrut , quis non desperatio-  
nis percussione succumbat ? Sed quia elationem nostram ostensa hostis nostri potentia reprimit , etiam infirmitatem nostram Dominus patefacta gratiae suæ dispensatione foveat . Unde cùm eum principium viarum suarum diceret , illico adjunxit .

*Quod diaboli malitia dispensatione divina cohabetur,  
ne quantum vult mentes hominum ferire  
permittatur.*

## CAPUT XIX.

**Q**ui fecit eum , applicavit gladium ejus . ] Gladius quippe Behemoth istius ipsa nocendi malitia est . Sed ab eo à quo bonus per naturam factus est , ejus gladius applicatur ; quia ejus malitia divina dispensatione restringitur , ne ferire tantum mentes hominum quantum appetit , permittatur . Quia ergo hostis noster & multum potest , & minus percutit , ejus gladium pietas conditoris astringit : ut replicatus intra ejus conscientiam lateat , & ultra quam desuper iuste disponitur , se in mortes hominum ejus malitia non extendat . Quod igitur ad multa fortiter praevalet , hoc de principio magna conditionis potest : quod verò à quibusdam vincitur , ejus nimurum gladius ab auctore replicatur . Iste namque Behemoth , qui principium viarum Dei est , cum contra sanctum virum licentiam tentationis accepit , gentes movit , greges abstulit , ignem de celo depositum , perturbato aere ventos excitavit , domum concutens subruit , convivantes filios extinxit , uxoris mentem in dolo prava suasionis exercuit , mariti carnem inflictis vulneribus confidit : sed ejus gladius à conditore replicatur , cùm dicitur : *Animam illius serva.* Qui replicato gladio quantæ sit infirmitatis , Evangelista testante describitur : quia nec manere in obfesso homine potuit , nec rursus invadere bruta animalia nisi iussus præsumpsit , dicens : *Si ejicis nos , mitte nos in gregem pororum.* Malitia quippe ejus gladius quam sit replicatus ostenditur , cui si potestas summa licentiam non præberet , nec graffari in pororum gregem va-

Tob. 1.

Tob. 2.

Matt. 8.

d

A laret Quando ergo iste sua sponte nocere factis ad Dei imaginem hominibus audeat , de quo nimis confit quod non iussus contingere nec porcos præsumat ? Notandum quoque est , quod dum viarum Dei principium Behemoth dicitur , vñfanum dogma Arii aperta ratione dissipatur . Facturam quippe Dei Filium fatetur , & ecce Behemoth in factura rerum primus creatus ostenditur . Superest ergo ut Arius aut factum Filium prædictet , aut eum post Behemoth conditum stultus putet . Quia verò omne quod applicatur , in semetipsum reducitur , rectè applicatus Behemoth gladius dicitur . In semetipsum namque se ejus malitia decoquit . In semetipsum sive contra electorum vitam prohibita non exercet . Multos autem exigentibus meritis ferire permittitur , ut cùm Deum deserunt , damnato hosti famulentur . Ab electis verò è valentiis vincitur , quod soli auctori omnium humilium substernuntur . Quia igitur per hoc quod viarum Dei principium dicitur , per hoc quod permittente Domino valde intolerabilis demonstratur ; aperte cognoscimus , cum quanto hoste pugnemus . Superest igitur ut unusquisque nostrum tanto se plenius auctori subiiciat , quando contra se verius violentias adversarii vires pensat . Quid namque nos nisi pulvis sumus ? Quid verò ille , nisi unus ex caelestibus spiritibus , & quod adhuc majus est , summus ? Quid ergo de propria virtute audeat , quando contra angelorum principem pulvis pugnat ? Sed quis supernorum spirituum conditor terrenum corpus assumpsit , rectè jam superbientem angelum humiliis pulvis vincit . Inherendo quippe verae fortitudini vires accipit , quas transfuga spiritus , cum semetipsum sequitur , amicit . Et dignum est ut vincatur à pulvere , qui forte se credidi deferto creatore ; ut supererit inveniat , quia defecit elatus . Valde autem anhelat saevi , quod cùm ipsum iam cruciant , homo ad summam confundat : quod in illa celistudine subiecta caro permanet , à qua tantus ipse spiritus sine fine projectus jacet . Sed loca mentionum mutavit ordo meritorum . Sic sic superbia meruit dejici , sic humilitas exaltari : quatenus & caelestis spiritus erigendo se , tartarum toleret , & terra humiliis sine termino super calos regnet .

S A N C T I   G R E G O R I I  
M O R A L I S   E X P O S I T I O N I S  
I N   B E A T U M   I O B .  
L I B E R   T R I G E S I M V S   T E R T I V S .

*Quod in superbiorum lubricis mentibus pastus sit  
demonum.*

## C A P U T   P R I M U M .

**A**NTIQUO hosti , qui sub Behemoth nomine Dominica voce describitur , superbi quique tanto familiariter seruivni , quando hujus vitæ successibus apud semetippos altius intumescent . His namque cum gloria augetur elatio , cum elatione verò additur cura : huc illucque animus tenditur quia & desideria cum rebus crescunt . Cumque cogitationes innumeræ quasi agri fœnum pro-

D ferunt , eisdem cogitationibus velut desiderato pabulo Behemoth istius famem pascunt . Unde nunc rectè dicitur : [ *Huic montes herbas ferunt.* ] In Scriptura sacra quum numero singulare mons ponitur , aliquando incarnatus Dominus , aliquando sancta Ecclesia , aliquando testamentum Dei , aliquando apostata angelus , aliquando quilibet haeticus designatur . Quum vero montes plurali numero nominantur , aliquando celistudo Apostolorum atque Prophetarum , aliquando verò sacrularium potestatum tumor exprimitur . Mons namque Dominum designat , sicut scriptum est : *Et Ezei. 2. 2.* erit in novissimis diebus preparatus mons dominus Domini in vertice montium . Mons quippe est in ver-

tice montium incarnatus Dominus , transcendens celitudinem Prophetarum. Rursum per montem sancta designatur Ecclesia, sicut scriptum est: *Qui confidunt in Domino, sicut mons Sion.* Sion namque speculatio dicitur, per quam scilicet speculationem contemplans Deum Ecclesia figuratur. Rursum per montem, testamentum Dei exprimitur, sicut Habacuc ait: *Deus à Libano veniet, & sanctus de monte umbroso & condensio.* Qui enim venturum se per testamētū sui paginis spopondit, quasi inde venit, unde velut sub promissione se tenuit. Quod videbatur testamentum bene mons umbrosus & condensus dicitur; quia spissis allegoriarum obscuritatibus opacatur. Rursum per montem angelus apostata designatur, sicut sub Babylonis regis specie de antiquo hoste prædictoribus dicitur:

*Super montem caliginosum levare signum. Prædicatores quippe sancti super caliginosum montem signum elevant, quando contra satanam superbiam, qui saepe sub nebula simulationis absconditur, virtutem Crucis exaltant. Rursum per montem haereticus quilibet exprimitur, sicut ex voce Ecclesie Psalista ait: In Domino confido, quomodo dicitis anima mea, Transmigra in montem sic us pater? Cùm enim fideli anima unitate relata, in tumenti doctrina confidere haeretici prædictoribus dicitur, deferto Domino quali in monte transmigrare suadetur. Rursum per montes, Apostolorum atque Prophetarum celitudo designatur, sicut scriptum*

*est: Iustitia tua sicut montes Dei. Et voce Pauli dicitur: Ut nos efficeremur iustitia Dei in ipso. Vel sicut iterum voce sperantis Ecclesie Psalista ait: Levatis oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi. Rursum per montes secularium potestatum tumor exprimitur, de quibus Psalista ait: Montes sicut cera fluxerant a facie Domini: quia multi qui prius alta rigiditate tumerant, Deo in carne apparente, magno sunt per penitentiam timore liquefacti. Vel sicut idem Propheta iterum dicit:*

*Ascendunt montes, & descendunt campi. Plerique enim persecutores Domini superbi contra eum veniunt, sed ab eo humiles revertuntur. Qui montes ascendunt per tumorem potentie, sed campi descendunt, plani videlicet facti per cognitionem culpare. Sed quia nonnulli in elationis sua altitudine remanent, & ad divina obsequia flecti humiliter dediantrur, eo quod juxta desiderium antiqui*

*D hofstis prava cogitare ac perpetrare non desinunt; recte hoc loco de Behemoth dicitur: [H]ac montes ferunt herbas. Elati namque saeculi huic Behemoth herbas ferunt; quia ex eo illum reficiunt, quod nequiter operantur. Huic Behemoth herbas ferunt; quia suas illi offerunt fluxas & lubricas voluptates. Eruunt enim, ait Apostolus, homines seipso amantes. Quorum descriptionem complexus est: dicens: Volupratum amatores magis quam Dei. Quae est ergo herba montium, nisi voluptas fluxa, quae ex corde gignitur superborum? Qui nisi Deum superbiendo contemnerent, nequaquam tot lubrica lasciviendo perpetrarent. Quibus nimis herbis iste Behemoth pascitur; quia in eis pœnam æternam mortis esuriens, eorum perditis moribus satiatur. Superbi enim hujus saeculi & si quando superna dispensationis ordine præpediti, ab expletione prævorum operum cessant, prava tamen in cognitione multipli cant, modò ut se potentiores ceteris, rebus & honoribus ostendant, modò ut eamdem suam potentiam in studio aliena lesionis exercant, modò ut lubricis motibus ducti, per levia se facta voluptatibusque dissolvant. Qui dum rebus divinitus accepit nequaquam recta, sed prava semper agere cogitant, quid aliud faciunt, nisi suis contra Deum donis pugnant? Quia igitur Behemoth iste in superborum mentibus sua semper desideria recognoscit, quasi herbas in montibus invenit, quibus*

S. Greg. Tom. I.

A refectum sua malitia ventrem tendit. Bene autem subditur.

Quod ludus demonum sit, cum vagas & instabiles animas de vita rotant in vitium.

### CAPUT II.

**O**mnes bestia agri ludent ibi.] Quid per bestias, nisi immundi spiritus: quid per agrum, nisi præsens seculum designatur? Unde de ipso malignorum spirituum principe contra Ephraim dicitur: *Beitia agri scindet eos.* Vel sicut Elaias ait: Et osee 13. mala bestia non ascendet per eam. Quia autem agri nomine mundus accipiatur, Dominicus per Evangelium sermo telatur, qui ait: *Ager autem est Matt. 13. e mundus.* Agri ergo bestiae in herbis montium ludunt; quia projecta de superioribus in hoc mundo dæmonia, pravis superborum operibus delestantur. Bestiae in herbis ludunt, quum reprobi spiritus humana corda in illicitas cogitationes pertrahunt. An non immundis spiritibus ludere, est mentes hominum ad imaginem Dei conditas, modò ficta promissione decipere, modò vacuis terroribus irridere, modò eis transitoria gaudia quasi mansura imprimere, modò mansuras quasi transitorias levigare? Harum proculdubio bestiarum illusionem pertinuerat, qui dicebat: *Dens mens in te confido, non erubescam; neque irrideant a me inimicimi.* Quia igitur superborum cor ad omnem vitium sternunt, ut euilibet maligno spiritui irruenti prava cogitatione præparetur, recte de herbis montium dicitur: [Omnis bestia agri ludent ibi.] Pro eo enim quod superbi quique nullum malum cogitando prætereunt, nulla est agri bestia, quæ non horum montium herbis satietur. Nam & si quando carnis luxuriam fugiunt, interioris luxuria vitium de ipso castitate gloriando committant. Si quando nil avaræ exterius rapiunt, nequaquam ab illecebra avaritiae mundi sunt: quia eti res nullas ambient, favore tamen hominum laudem de continentia rapere conantur. Huic ergo Behemoth montes herbas ferunt, & omnes bestiae agri ludunt ibi, quia in superborum corde quilibet malignus spiritus tantò latius pascitur, quantò & omne vitium de superbia generatur. Sed quia audivimus quid iste Behemoth comedat: nunc audiamus ne- 1. derk. ssp. lib. 31. c. 17. sciat. Sequitur.

Quod in illis membris satanas dormiat, quas vel nequitia corporis obumbrat, vel temporalis altitudo infat.

### CAPUT III.

**V**bi umbra dormit in secreto calami, in locis humenibus.] Obumbratio in sacro eloquio aliquando incarnationis Domini ponitur, vel mentis refrigerium à fervore carnalium cogitationum: unde appellatione umbra ex superna protectione hoc ipsum refrigerium cordis inservi solet. Aliquando vero umbra, recedente charitate, torpor frigida mentis accipitur. Nam quod Dominica incarnationis servata veritate historie, obumbrationis appellatione signatur, angelicus sermo testatur, qui ad Mariam ait: *Vixit Altissimi obumbrabit tibi.* Lnc. 1. d. Quia enim umbra non aliter exprimitur, nisi per lumen & corpus; virtus ei Altissimi obumbravit, quia in ejus utero lux incorporeo corpus sumpsit. Ex qua videlicet obumbratione omne in se refrigerium mentis accepit. Rursum per umbram, ex superna protectione refrigerium cordis exprimitur, sicut Psalista ait: *Sub umbra alarum tuarum protege me.* Vel sicut sponsa in Cantoris cantorum adventum sponsi præstolata prænuntiat, dicens: *Sub umbra illius, quem desideraveram, sedi.* Ac si Can. 2. a. pp. ij

dicat : Ab aestu desideriorum carnalium sub ad- A  
ventus illius protectione requievi. Rursum per um-  
bram recedente charitate , torpor frigida mentis  
exprimitur , sicut de peccante homine scriptum est ,  
quia fecutus est umbram . Calorem enim chari-  
tatis fugiens , veritatis solem homo deseruit , & sub  
umbra se interni frigoris abscondit . Unde & voce  
ejusdem Veritatis dicitur : *Abundabit iniquitas , &*  
*refrigescet charitas multorum.* Unde primus homo  
post culpam inter arbores paradisi ad auram post  
meridiem absconsus invenitur . Quia enim mer-  
idianum charitatis calorem perdiderat , jam sub  
peccati umbra quasi sub frigore aurae torpebat . Iste  
igitur Behemoth quia in illis quasi quandam re-  
quiem invenit , quos à veri solis ardore subtrahen-  
do frigidos facit , sub umbra dormire perhibetur .  
Nonnumquam vero per umbram , si tamen cum  
adjectione mortis ponatur , vel mors carnis exprim-  
itur , vel quilibet reprobri , qui antiqui hostis te-  
nebras studio pravae operationis imitantur . Unde  
voce Martyrum per Psalmistam dicitur : *Humilia- b*  
*stis in loco afflictionis , & coopernit nos umbra mor-  
tis.* Umbra enim mortis electos Dei opprimit , cum  
mors carnis , quæ imago mortis æternæ est , ab hac  
eos vita difungit : quia sicut illa animam à Deo ,  
ita hæc ab anima separat corpus . Vel certè umbra  
eos mortis opprimit , quia de antiquo hoste scri-  
ptum est : *Nomen illi mors.* Umbra ergo mortis sunt  
omnes reprobri , quia illius nequitiam elationis imi-  
tantur ; ejusque imaginem quasi umbram exprimunt , dum ejus in se malitia similitudinem tra-  
hant . Qui electos Dei operiunt , dum contra illos  
in atrocitate perfecitionis temporaliter convale-  
scunt . Hoc autem loco umbra , nequitia corpor ac-  
cipitur , in qua iste Behemoth dormit , quia contra  
corda charitatis calentia sollicitus vigilat , in frigi-  
dis autem mentibus securus jacet . Dormire enim  
in sanctorum mentibus non potest ; quia & si quan-  
do se in eis ad breve momentum collocat , ipse  
cum desideriorum caelestium aestus fatigat , & quasi  
toties ut recedat , pungitur , quoties ab eis amore  
intimo ad æterna suspiratur . Tantæ eum voces ex-  
citant , quanta ex illorum mentibus sanctæ cogi-  
tationes ad cælum clamant . Unde fit , ut bonarum  
actionum armis territus , ac suspiriorum spiculis  
percussus fugiat , & ad corda reproborum frigida  
rediens , eam quam securus possidat , malitia um-  
bram querat . Quæ ubi ab illo inveniatur ostendit-  
ur , cum protinus subinfetur : [ In secreto calami . ]  
In sacro eloquio calami vel arundinis appellatione  
ali quando verbum manens , aliquando doctorum  
peritia , aliquando mobilitas mentis , aliquando  
nitor gloriæ temporalis accipitur . Per calatum  
quippe , Verbi æternitas designatur , quoniam voce  
Patris per Psalmistam dicitur : *Lingua mea cala- b*  
*mus scribe , velociter scribenis.* Quia enim quod  
loquimus transit , quod scribimus permanet ; lingua Patris , scribe calamus dicitur , quia ab eo est  
Verbum illi coæternum , ac sine transitu genera-  
tum . Rursum per calatum scriptorum doctrina  
exprimitur ; sicut de sancta Ecclesia Prophetæ pol-  
licetur , dicens : *In cubilibus in quibus dracones prius*  
*habitabant , orietur viror calami & junci.* Quia ni-  
mirum sententia , sicut in hoc opere longe super-  
rius diximus , per calatum exprimitur doctrina  
sup. lib. scribentium , per juncum viriditas auditorum . Rur-  
sum per calatum , seu certè arundinem , mentis  
mobilitas designatur ; sicut Iudaorum turbis in  
Joannis laude à Domino dicitur : *Quid existis in*  
*deferto videre ? arundinem vento agitatum ? ut vi-*  
*delicit subintelligatur , non Joannes quippe arun-*  
*do vento agitata non erat ; quia ejus mentem Spi-*  
*ritu sancto solidam per diversas partes nullus lin-*  
*guarum fatus inclinabat . Rursum per calatum*  
*vel arundinem nitor gloriæ temporalis exprimitur ,*

sicut de justis per Sapientiam dicitur : *Fulgebunt sap. 3. b*  
*justi , & tamquam scintilla in arundineo discurrent.*  
Arundinetum namquam vitam secularium appellat , qui more arundinum per temporalem gloriam  
foris quasi ad alta proficiunt , sed intus à soliditate  
veritatis inaneantur . Unde & Iudaorum regnum  
calamo comparatur , quoniam per Prophetam appa-  
rente in veritate carnis Domino dicitur : *Calamus Esai. 42.*  
*quassatum non confinger , & linum fumigans non ex- a*  
*tinguet.* Quid enim calami nomine , nisi Iudaici po-  
puli temporale regnum denunciat ? \* virens quidem \* al.  
exterioris , sed interioris vacuum . Et quia in eodem po-  
pulo genus jam regale defecratur , & regnum ejus  
alienigena possidebat ; aperte hoc idem regnum cala-  
mum quassatum vocat . Quid vero per linum , nisi  
ejus sacerdotium exprimitur , quod lineis nimis  
vestibus utebatur ? Quod quia in adventu Domini  
charitatis ardorem perdidit , quasi amissio jam igne  
fidei , non ardens , sed fumigans fuit . Incarnatus  
autem Dominus calatum quassatum non confre-  
git , & linum fumigans non extinxit ; quia Iudei  
regnum , quod pæne destruunt jam fuerat , ejusque  
sacerdotium quod ignem fidei non tenebat , non  
potestate judicij perculit , sed cum patientia longa  
nimitate toleravit . Hoc ergo loco quid aliud appella-  
tione calami , nisi mentes secularium temporali  
gloriae dedita designantur ? Qui tantò apud semer-  
iplos intus inaneantur , quanto alti & nitidi exterioris  
ostenduntur : quia dum ad exteriorum gloriam per  
superficiem deflunt , nulla intus firmitate solidan-  
tur . More quippe calami intus sunt quidem per fa-  
tuitatem vacui , sed foris per speciem & ostentatio-  
nem pulchri : sed quanto ab eis exterior gloria stu-  
diosius queritur , tanto eorum corda gravioribus  
cognitionum stimulis agitantur . Unde rectè nunc  
Behemoth iste in secreto calami dormire perhibe-  
tur ; quia quorum studia ad appetitum temporalis  
nitoris atque altitudinis commovet , eorum corda \* \* al.  
tenacius tenet ; & quasi ipse ibi quietus dormit , ubi tacitius  
eos quos possidet , quiete non permittit . Dum  
enim excedere ceteros bonorum altitudine am-  
biunt , dum more calami per nitorum exterioris mun-  
ditæ , justorum speciem , quasi solidarum arborum  
corticem , vincunt ; in hoc quid ipsi interioris vacui  
remanent , locum Behemoth illi , ubi apud se requi-  
escere debeat , præbent . Unde & in Evangelio Do-  
minus dicit , quid spiritus exiens qui in locis aridis  
& in aquosis requiem non invenit , quia domum <sup>5.</sup>  
tenacius tenet ; & quasi ipse ibi quietus dormit , ubi <sup>12. d</sup>  
reliquet , vacuam , scopique mundaram re-  
perit , hanc multiplicior intravit . Quia enim fluxa  
fætida quæ infundit , loca arentia atque inaquo-  
fa sunt corda justorum , quæ per disciplinæ fortitudi-  
nem ab omni carnis concupiscentia humore sic-  
cantur . Unde hæc quoque adhuc ubi Behemoth iste  
dormiat , demonstratur , cùm protinus subditur :  
[ In locis humentibus . ] Loco enim humentia sunt  
terrenorum hominum mentes : quas humor carna-  
lis concupiscentia , quia replet , flavidas facit . In  
quibus Behemoth iste iniquitatis sua vestigia tanto  
altius imprimit , quanto in eisdem mentibus \* \* al.  
pertransitus illius quasi in fluxa terra descendit . Lo-  
ca quippe humentia sunt opera voluptuosa . Pes <sup>12. f</sup>  
quippe in arida terra non habitat : fixus vero in lu-  
brica vix tenetur . In locis ergo humentibus iter vitæ  
præsentis faciunt , qui in hac ad justitiam restitutare  
non possunt . In his itaque locis humentibus Behemo-  
th dormit , quia in reproborum hominum lubri-  
ca operatione requiescit . Nonnulli vero loca humen-  
tia , membra genitalia suspicantur . Quod si ita est ,  
quid aperte aliud locis humentibus , nisi luxu-  
ria designatur : ut & per calatum gloria super-  
bia , & per loca humentia , luxuria corporis expri-  
matur ? Duo quippe hæc sunt virtus , quæ humano  
generi immaniter dominantur : unum videlicet spi-  
ritus , atque aliud carnis . Elatio namque spiritum

erigit, luxuria carnem corruptit. Antiquus itaque A hostis humanum genus vel per elationem praecepit, vel per luxuriam premens, in secreto calami atque in locis humentibus dormit; quia hominem damnatum sub ditione sua dominatio aut per elationem spiritus, aut per carnis corruptionem teneret. Quodam verò in utroque possidet: quia cùm eos superbiæ spiritus elevat, à tumore suæ altitudinis nec verecundia corruptionis inclinat. Sed numquid contra hos intra sanctam Ecclesiam incessanter quotidie virtutum magistrorum non vigilant? Numquid regardare voluptates infimas, & studere gaudia patriæ cœlestis cessant? Sed pravorum mentes tanto obstinatiū summa non audiunt, quanto arctius infimis inhæserunt. Quibus neque hoc sufficit, ut ipsi pereant, sed adhuc, quod est dexterius, cùm quolibet argui emendarique conspiciunt, justorum incrépationibus' obviant, ne saltem alij corriganter. Unde & bene subditur.

Quod reprobi, in quibus est imago diaboli, similibus suis parochiis partant: & se invicem defendantes, nullum correctioni locum relinquent.

## CAPUT IV.

Protegunt umbra umbram ejus.] Umbræ quippe sunt diaboli, omnes iniqui: qui dum imitationi iniquitatibus ejus inserviunt, quasi ab ejus corpore imaginis speciem trahunt. Sicut autem umbræ ejus sunt pluraliter reprobi, ita singulariter umbra ejus est unusquisque peccator. Sed dum doctrinæ justorum mali contradicunt, dum ab eis iniquum quemlibet corrigi non permittunt, umbræ Behemoth istius umbræ ejus protegunt; quia peccatores qui que in quo sibi male sunt concipi, in eo & aliis peccantem defendantur. Umbræ umbram ejus protegunt, dum nequissimorum facta nequiores perverbis patrocinio tueruntur. Quod hoc nimis studio faciunt, ne dum culpa in qua & ipsi obligati sunt, in aliis corrigitur, ad ipsos quandoque veniatur. Se igitur regunt dum alios protegunt; quia suam vitam inde prævident impeti, unde alios confidant libera correptione confundi. Sicut sit, ut summa criminum dum defenditur, angeatur: & uniuscujusque nequitia cō sit ad perpetrandum facilis, quod difficultas ad puniendum. Sceleræ quippe peccantium tanta majora incrementa percipiunt, quanto per defensionem potentium diu inulta tolerantur. Sed tales quique seu extra, seu intra sanctam Ecclesiam esse videantur, tanto se apertiores Dei hostes exhibent, quanto maiores sunt patroni vitiiorum. Contrarium quippe suis defensionibus pugnant, cui ea quæ dispergunt, defendendo multiplicant. Quod factum bene per Prophetam Dominus sub Babylonis Esaï. 4. specie redarguit, dicens: Oriuntur in domibus ejus spinae & uricae, & paliius in munitionibus ejus. Quid namque per uricas, nisi vitorum punctiones accipimus? In domibus igitur Babylonis uricae & spinae pullulant; quia in confusione mentis reproba & desideria cogitationum surgunt quæ exasperant, & operum peccata quæ pungunt. Sed hæc agentes habent etiam nequiores alios defensores suos. Unde illic aptè protinus subdidit: Et paliius in munitionibus ejus. Paliius quippe tanta spinarum circumdatione densescit, ut præ asperitate tangi vix possit. Intus igitur urtica & spina nascitur, sed utrumque hoc exterius per paliium munitur: quia videlicet minores iniqui mala qualibet faciunt, sed ea nequissimi maiores tueruntur. Unde bene & hic dicitur: [ Protegunt umbra umbram ejus.] Dum enim malum pejor vindicat, quasi umbra umbram, ne à veritatis lumine irradietur, obscurat. Sequitur.

Quod amatores hujus sæculi licet speciem sanctitatis in populo quasi virentia folia habeant, fructum tamen ejus non habent.

## CAPUT V.

Circundabant eum salices torrentis.] Infrumento quidem arbores sunt salices: sed tam tanta viriditas sunt, ut arescere vel abscessæ radicibus & projectæ, vix possint. Unde in sacro eloquio salicum nomine, aliquando pro viriditate boni, aliquando pro sterilitate reprobi designantur. Nisi enim electorum vitam per constantiam suæ viriditatis exprimerent, nequaquam de sanctæ Ecclesiæ filiis Propheta dixisset: Germinabunt inter herbas, Esaï. 4. sicut salices juxta præterfluentes aquas. Sanctæ enim Ecclesiæ filii inter herbas sicut salices germinant, dum inter arescentem vitam carnalium hominum & multiplici numerositate, & perpetua mientis viriditate perdurant. Qui bene juxta præterfluentes aquas germinare perhibentur; quia unusquisque eorum ubertatem ad fructum percipit ex doctrina facili eloquij, que temporaliter percurrit. Et rursum nisi per sterilitatem salicum vita peccantium signaretur, nequaquam ex voce prædicantum contra Babyloniam Psalmista dixisset: In salicibus in medio ejus suspendimus organa nostra. Babylonis quippe medio inesse salices describuntur; quia nimis infraestuosi quique, atque ab amore patriæ cœlestis alieni, totis visceribus cordis in hac sæculi confusione radicantr. Unde & prædicatores sancti in ipsis salicibus non exercent organa, sed suspendunt; quia cùm infraestuofas ac reprobas mentes aspiciunt, vim suæ prædicationis non exhibit, sed potius lugentes silent. Quid etiam per torrentem, nisi hujus mortalis vita cursus exprimitur? De quo rursum per Prophetam dicitur: De torrente in via biber, propterea exaltabit caput: quia videlicet Redemptor noster mortalis vita penam in quadam transitu attigit, & idcirco diu eidem morti, cui sponte succubuit, non inhæsit. Unde die tertia hoc quod moriendo posuerat, resurgendo caput elevavit. Quid est ergo quod de Behemoth isto dicitur: [ Circundabunt eum salices torrentis:] nisi quod amatores vita mortalium, à bonis actibus quasi à fructibus alieni, tanto illi arctius inhærent, quanto eos largius delectatio transitoria voluptatis infundit: Hos enim quasi in radicibus torrens rigat, dum in suis cogitationibus amor vita carnis inebrat. Qui scilicet more salicis fructus non ferunt, sed in foliis viridebunt: quia ea quæ gravia ad dicendum non sunt, aliquando honestatis verba proferunt, sed nullum vitæ pondus ex bonis operibus ostendunt. Bene igitur dicitur: [ Circundabunt eum salices torrentis:] quia infraestuosi quique dum amori vita temporalis inserviunt, antiquo hosti perverbis moribus familiariter obsequuntur. Sed quia quid ei à suis clientibus impendatur, audivimus: nunc etiam quid in illis agat ipse, audiamus. Sequitur.

Quod non solum ante adventum Christi diabolus ad se rapuerit infideles, sed etiam multos ex his qui renati sunt in Christo, de gloriæ se posse confidat.

## CAPUT VI.

Absorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Jordanis in os ejus.] Quid enim hoc loco fluvij nomine, nisi humani generis recursus designatur? quæ velut à fontis sui origine nascendo surgit, sed quasi ad ima defluens moriendo pertransit. Qui autem signantur appellatio ne Jordanis, nisi qui jam imbuti sunt sacramento baptismatis? Quia enim Redemptor noster in hoc Matt. flumine baptizari dignatus est, ejus nomine debent d

pp. iii

omnes baptizati exprimi, in quo hoc ipsum contigit sacramentum baptismatis inchoari. Quia igitur Behemoth iste à mundi origine exortum, vix paucis electis evadentibus, humanum genus in ima defluens, usque ad redempcionis tempora quasi quemdam in se fluvium traxit; bene nunc dicitur: [Absorbebit fluvium, & non mirabitur.] Quia vero & post mediatoris adventum quosdam qui recte vivere negligunt, etiam fideles rapit; recte subjungitur: [Et habet fiduciam quid influat Jordanis in os ejus.] Ac si aperte diceretur: Ante Redemptorem mundum non miratus absorbut, sed quod est gravius, etiam post Redemptoris adventum quosdam qui baptismatis sacramenta signati sunt, deglutire possit confidit. Alios namque sub Christianitatis nomine postos devorat; quia in ipso eos fidei errore supplantat. Alios à rectitudine fidei nequaquam deviat, sed ad usum pravae operationis inclinat. Alios quantum vult in operatione immunditiae infletere non valet, sed apud semetipsum intus in studio intentionis intorquet: ut dum à charitate memorem dividunt, rectum non sit quidquid extrinsecus operentur. Et fidem tenent, sed vitam fidei non tenent; quia aut aperiè illicta faciunt, aut ex perverso corde qua agunt, pravafunt, etiam si sancta videantur. Quia enim nonnulli confitendo fideles sunt, non vivendo; hinc est quid voce Veritatis dicitur: Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum celorum. Hinc rursum ait: Luc.6.8 Quid autem vocatis me, Domine, Domine, & non facitis quia dico? Hinc Paulus ait: Confiteor se nosse Deum, faltis autem negant. Hinc Joannes dicit: Qui dicit se Deum nosse, & mandata eius non custodit, mendax est. Hinc est quid de ipsa sua prima plebe Dominus conqueritur, dicens: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me. ex Esa. 29. Ps.77. d Hinc etiam Psalmista ait: Dilexerunt eum in ore suo, & lingua sua mentiri sunt ei. Sed minimè mirum fuit quid Behemoth iste ante lavaci undam, ante sacramenta cœlestia, ante corpoream præsentiam Redemptoris humani generis, fluvium hiatus profunda persusionis absorbut: sed hoc valde mirum, hoc valde terribile est, quia multos aperto ore etiam post cognitionem Redemptoris suscipit, post lavaci undam polluit; post sacramenta cœlestia ad inferni profundum rapit. Dicatur ergo, dicatur terribiliter voce Veritatis: Absorbebit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam quid influat Jordanis in os ejus.] Neque enim pro magno diabolus habuit, quid infideles tulit: sed toto nunc annisu in illorum mortem se erigit, quos contra se regeneratos tabescit. Nemo igitur sibi fidem sine operibus sufficere posse confidat, cum scimus quid scriptum sit: Fides sine operibus mortua est. Nullus Behemoth mortuus ex sola confessione fidei plenè evasisse se existimet; quia jam quidem fluvium absorbut, sed adhuc Jordanem habet; & toties in os illius Jordanis fluit, quoties Christianus quisque ad iniquitatem declivit. Os quidem ejus jam fide nos sublevante fugimus, sed magno studio curandum est, ne in hoc lubrica operatione dilabamur. Si ambulandi cautela negligitur, incassum credendo rectum iter tenetur: quia via quidem fidei ad cœlestem patriam proficit, sed offendentes minimè perducit. Habeamus adhuc quod hac in re subtilius perpendamus. Hi enim quos per Jordanem diximus exprimi, possunt per fluvium designari. Qui enim fidem jam veritatis agnoverunt, sed vivere fideliter negligunt, recte fluvium dici possunt; quia videlicet deorsum fluunt. Jordanis vero Hebraeo vocabulo defensio eorum dicitur. Et sunt nonnulli, qui viam veritatis appetentes semetipsum abiciunt, atque à vita verebris elatione descendunt: cumque æterna cupiunt, valde se ab hoc mundo alienos reddunt, dum non

A solùm aliena non appetunt, sed etiam sua derelinquent, & non solùm in eo gloriam non querunt, sed hanc cùm se obtulerit, etiam contemnunt. Hinc est enim quid voce Veritatis dicitur: Si quis vult <sup>Luc.9.6</sup> venire post me, abneget semetipsum. Semetipsum enim abnegat, qui calcato typho superbie, ante Dei oculos esse a se alienum demonstrat. Hinc Psalmista ait: Memor ero tui de terra Jordanis & Hermonium, Jordanis quippe, ut dixi, defensio: Hermonium autem anathema, id est, alienatio interpretatur. De terra igitur Jordanis & Hermonium Dei reminiscitur, qui in eo quid semetipsum dejicit, atque à se alienus existit, ad conditoris sui memoriam revocatur. Sed antiquus hostis hoc pro magno non habet, quid sub jure suæ tyrannidis terrena quarentes tenet. Propheta quippe attestante cognovimus, quia *ea* *eius* *electa*. Neque enim Habac. mirum deputat, si eos absorbeat, quos superbia erigit, avaritia tabefacit, voluptas dilatat, malitia angustat, ira inflammat, discordia separat, invidia exulcerat, luxuria inquinans necat. Absorbebit ergo fluvium, & non mirabitur: quia pro magno non estimat cùm eos devorat, qui per ipsa suæ vite studia deorsum currunt; sed illos magnopere rapere nititur, quos despiciunt terrenis studiis, jungi iam caelestibus contemplatur. Unde absorpto fluvio re-<sup>ps.41.6</sup> Et subjugitur: [Et habet fiduciam quid influat Jordanis in os ejus.] quia illos infidiando rapere appetit, quos pro amore superna patriæ à praesentis virtute gloria semetipsum dejicere agnoscit. Nonnulli quippe mundum deserunt, honorum transuentium vanam derelinquent, & ima humilitatis appetentes, humanae conversationsis morem bene vivendo transcendunt; atque in tanta studiorum aree proficiunt, ut signorum jam virtutes operentur: sed quia semetipsum circumspiciendo tegere negligunt, inanis gloria telo percussi, pejus de alto ruunt. Hinc est enim quid æternus judex, qui occulta cordis examinat, ejusdem ruinae casum prænuncians intentat, cum dicit: Multii dicunt mihi in illa die: Domine, Matt.7. Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo damnatae ejectionem, & in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia numquam novi vos: discedite à me qui operamini iniuriam, nescio qui estis. Hinc etiam per Prophetam dicitur: Vocavit Dominus iudicium ad ignem, Amos 7.8 & devoravit abyssum multum, & comedet partem domus Domini. Iudicium quippe ad ignem vocatur, cùm justitia sentientia ad pœnam jam æternæ concremationis ostenditur. Et multam abyssum devorat; quia iniquas atque incomprehensibiles hominum mentes concremat, quae nunc se hominibus etiam sub signorum miraculis occultant. Pars autem domus Domini comeditur; quia illos quoque gehenna devorat, qui nunc quasi in sanctis artibus de electorum numero se esse gloriantur. Qui ergo hic Jordanis, ipsi illic pars domus Domini vocantur. Antiquus ergo hostis habet fiduciam quid in os ejus & Jordanis influat; quia nonnumquam calliditatis suæ insidiis eos etiam qui jam electi putantur, necat. Sed cuius cordis duritiam non ab intimis cogitationum radicibus quatatur, cùm hostis noster tanta esse contra nos fortitudinis demonstratur? Nullum ne erit consolationis adjutorium? Erit certè, nam subditur.

Quid in carne sua Christus divinitatem abscondit,  
& quid homo caput sit diabolus  
in oculis.

#### CAPUT VII.

In oculis ejus quasi homo caput eum.] Notandum  
valde est, quod scripturæ suæ verba misericorditer

temperans Deus, modò nos asperis incitationibus A terret, modò blandis consolationibus refovet, & terrorem fomentis miscet, & fomenta terrori: ut dum circa nos utrumque mira magisterij arte temperatur, nec desperatè inveniamur territi, nec incautè securi. Nam cùm Behemoth astutas infidias, atque effrenatas vires multiplicibus sententis indicasset; protinus unigeniti Filii sui redemptoris nostri commendat adventum, & quo ab illo ordine Behemoth iste sit perimendus insinuat: ut quia cor nostrum narrata illius virtute perculerat; mœrorum nostrum citius indicata ejus perdizione relevaret. Igitur postquam dixit. [ Absorbit fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam quod influat Jordani in eis: ] ipsum illico Dominica incarnationis adventum annunciat, dicens: [ In oculis ejus quasi hamo capiet eum. ] Quis nesciat quòd in hamo eis ostenditur, aculeus occultatur? Esca enim provocat, ut aculeus pungat. Dominus itaque noster ad humani generis redemptionem veniens, velut quemdam de se in nemem diaboli hamum fecit. Assumpsit enim corpus, ut in eo Behemoth iste quasi escam suam mortem carnis appeteret. Quam mortem dum in illo injustè appetit, nos quos quasi justè tenebat, amisit. In hamo ergo ejus incarnationis captus est; quia dum in illo appetit escam corporis, transfixus est aculeo divinitatis. Ibi quippe inerat humanitas, quæ ad se devoratorem duceret: ibi divinitas quæ perforaret: ibi aperta infirmitas quæ provocaret: ibi occulta virtus, quæ raptoris fancem transfigeret. In hamo igitur captus est; quia inde interierit, unde devoratur. Et quidem Behemoth iste filium Dei incarnatum noverat, sed redempcionis nostræ ordinem nesciebat. Sciebat enim quòd pro redemptione nostra incarnatus Dei filius fuerat, sed omnino quòd idem redemptor noster illum moriendo transfigeret, nesciebat. Unde & bene dicitur: [ In oculis ejus quasi hamo capiet eum. ] In oculis quippe habere dicimus, quod coram nobis possum videmus. Antiquus verò hostis humani generis redemptorem ante se positum vidit, quem cognoscendo confessus, confitendo pertinuit, dicens: Quid nobis & tibi fili Dei? venisti ante tempus torquere nos. In oculis itaque suis hamo captus est, quia & novit, & momordit: & cognovit prius quem pertimesceret, & tamen post non timuit, cum in illo quasi escam propriam, mortem carnis esuriret. Igitur quia caput nostrum per se quid fecit adivimus: nunc per membra sua quid faciat, audiamus. Sequitur.

*Quod subtilissimas astutias demonum perforare possit  
& penetrare acutissima intentio, & infatigabilis repugnantia sanctorum.*

#### CAPUT VIII.

**E**T in sudib⁹ perforabit nares ejus.] Quid aliud E studes, id est, palos accipimus, qui videlicet excavuntur ut fugantur; nisi acuta sanctorum confilia? Quæ hujus Behemoth nares perforant, dum sagacissimas ejus infidias & vigilando circumspiciunt, & superando transfigunt. Per nares verò odor trahitur, & deducto flatu hoc agitur, ut res etiam quæ longè est posita, cognoscatur. Naribus ergo Behemoth callidae ejus infidiae designantur, per quas sagacissimè initur & occulta cordis nostri bona cognoscere & hec pessima persuasione dissipare. In sudib⁹ itaque Dominus nares ejus perforat, quia callidas ejus infidias acutis sanctorum lensibus penetrans enervat. Sæpe autem bonorum vias tanta infidians arte circumvolat, ut per ea quæ ab eis bene gesta cognoverit, ad malitiam aditum querat. Nam unde alium largiri quid conspicit, inde alium in discordia flamma succendit: & cùm hunc respicit misereri, illi persuaderet irasci: ut dum bonum quæ non communiter factum insinuat, concordes

A animos à bono gratia coquuntis absindat. Quia enim iustorum mentes ad mala suadendo non valet frangere, bonus satagit actibus inter eas mala seminare. Sed sancti viri has ejus infidias tantò celerius vincunt, quanto & subtilius deprehendunt. Quod melius ostendimus, si unum è multis assertoribus veritatis in testimonium Paulum vocemus: sub quo quidam Corinthius dum incestificus perpetratasset, 1 Cor. 5, 6 cum docto egregio in carnis interitum ad satisfactionem penitentia, satana tradidit, & in diem Domini salvum ejus spiritum reservavit. Magna quippe arte magisterij ipsi est traditus coactus in penitentia, cui sponte est subfistratus in culpa: ut qui auctor fuerat ad vitium nequitia, ipse flagellum fieret discipline. Qua ratione bene gesta penitentia, dum cognovisset. Corinthios super eum jam misericorditer motos, ait: *Cui aliquid donatis, & ego: nam & ego quod donavi, si quid donavi, propter vos in persona Christi. Communionis vero gratiam cogitans ait: Cui aliquid donatis, & ego. Ac si diceret: A bono vestro non dissentio: meum sit quidquid ipsi fecitis. Atque mox subdidit: Et ego si quid donavi, propter vos. Ac si diceret: Vestris actibus bonum addidi, quidquid propter vos misericorditer feci. Vestra ergo est utilitas, bonitas mea: mea est utilitas, bonitas vestra. Qui ipsam mox compagm cordinum, in qua sic tenetur, adjungens subdidit: In persona Christi. Cui velut si dicere presumamus: Quare te ita caute discipulis copulas: quare vel te illorum, vel illos tuis actionibus tam sollicita mente conformas: illico subjunxit: Ut non circumveniatur a satana. Cujus sagaces infidias, quam acuto sensu transfigat, insinuat subdens: Non enim ignoramus cogitationes ejus. Ac si verbis aliis dicat: Acuti auctore Domino sudes sumus, & nares Behemoth istius subtiliter circumspicendo penetramus, ne hoc quod bene mens inchoat, ipse in malitia finem vertat. Possunt per sudes, acuta ipsius per carnem manifestatae sapientiae verba signari: ut quia naribus odor trahitur, per Behemoth nares illa antiqui hostis exploratio figuretur. Qui cùm Deum incarnatum esse dubitaret, hoc expetitis miraculis voluit tentando cognoscere, dicens: Si filius Dei es, Matt. 4, 9 dic ut lapides isti panes fiant. Quia ergo signorum indicis odorem divinitum ejus cognoscere concupivit, quasi flatum naribus traxit. Sed dum ei proximus responderet: Non in pane solo vivit homo. Ibid. Et: Non tentabis Dominum Deum tuum: quia sententiarum sitarum acuminibus indagationem antiqui hostis veritas perculit; quasi nares ejus sudibus perforavit. Sed quia Behemoth iste per varia fraudum argumenta distenditur; adhuc adjuncto & alio nomine notatur: nam subditur.*

*Quod per incarnationem Christi captus sit diabolus: & lingua totius falsitatis ad Evangelij veritatem ligata & conjuncta conticuit.*

#### CAPUT IX.

**A**N extrahere poteris Leviathan hamo?] Leviathan quippe additamentum eorum dicitur. Quorum videlicet, nisi hominum? quibus semel culpam prævaricationis intulit, & hanc usque ad æternam mortem quotidie pessimis suggestionibus extendit. Quibus dum reatum fœnore peccati multiplicat, penas proculdubio sine cessatione coacerat. Potest quoque Leviathan etiam per irrationem vocari. Primo quippe homini persuasione callida Gen. 3, 10 additum additurum se perhibuit, sed immortalitatem tulit. Additamentum ergo hominum per irrationem dici potest, quibus dum hoc quod non erant, se addere spondit, etiam hoc quod erant, fallendo subtraxit. Sed Leviathan iste hamo captus est; quia in Redemptore nostro dum per satellites suos escam corporis momordit, divinitatis illum aculeus perforavit. Quasi hamus quippe fauces glu-

tientis tenuit, dum in illo & esca carnis patitur, A quam devorator appeteret, & divinitas passionis tempore latuit, quæ necaret. In hac quippe aquarum abysso, id est, in hac immensitate generis humani, ad omnium mortem inhians, vitam pœne omnium vorans, huc illucque aperio ore ceteri iste ferebatur; sed ad mortem certi istius hamus in hac aquarum profunditate caliginosa, mira est dispositio suspensus. Hujus hamus linea illa est per Evangelium antiquorum patrum propago memorata. Nam cùm dicitur: *Abraham genuit Iacob, Iacob genuit Iacob*: cumque ceteri successores interposito Joseph nomine usque ad Mariam virginem desponsatam describuntur, quasi quedam linea torquetur, in cuius extremo incarnatus Dominus, id est, hamus iste ligatur, quem in his aquis humani generis dependenter aperto ore iste ceterus appeteret; sed eo per scutellitum suorum levitatem morto, mordendi vires ulterius non haberet. Ne ergo iste humanis mortibus ceterus insidians, quos vellet ultra devoraret; hamus hic raptoris fauces tenuit, & se se mordentem momordit. Incarnationem igitur unigeniti Filii fidei famulo indicans Deus, ait: [An extrahere poteris Leviathan hanc?] Subaudis, ut ego: qui ad raptoris mortem incarnatum unigenitum Filium mitto, in quo dum mortalis caro conspicitur, & immortalitatis potentia non videtur, quasi hamus quidam inde devorantem permittit, unde acumen potentiae quo transfigat, occultat. Sequitur: [Et fane ligabis linguam ejus?] Subaudis, ut ego. Scriptura enim sacra fane aliquando dimensionum fortes, aliquando peccata, aliquando fidem designare confluunt. Nam propter hereditarias dimensionum fortes dicitur: *Funes cederunt mihi in præclaris; etenim hereditas mea præclara est mihi.* Funes quippe in præclaris cadunt, dum per humilitatem vite, fortes nos patriæ melioris excipiunt. Rursum quae fane peccata signantur, per Prophetam dicitur: *Væ qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis.* Iniquitas namque in funiculis vanitatis trahitur, dum per augmentum culpa protelatur. Unde per Psalmistam dicitur: *Funes peccatorum circumplexi sunt me.* Quia enim funis addendo torquetur ut crecerat, non immergit peccatum in fane figuratur, quod perverso corde sepe dum defenditur, multiplicatur. Rursum fane D fides exprimitur, Salomone attestante, qui ait: *Funiculus triplex difficile rumpitur:* quia fides videbatur, quæ de cognitione Trinitatis ab ore prædicantium textitur, fortes in electis permanens, in solo reproborum corde dissipatur. Hoc itaque loco funis nomine sive peccatum, sive fidem nil obstat intelligi. Incarnatus etenim Dominus noster fane Leviathan linguam ligavit, quia in similitudine carnis peccati apparuit, & omnia errorum ejus prædicamenta damnavit. Unde Paulo attestante dicitur: *Et de peccato damnavit peccatum.* Fune linguam ligavit; quia per similitudinem carnis peccati, ab electorum suorum cordibus cuncta ejus fallacia argumenta defruxit. Ecce enim apparente in carne Domino, Leviathan linguam ligata est; quia ejus veritate cognita, illæ falsitatis doctrinæ tacuerunt. Ubi enim nunc est Academicorum error; qui certè conantur adstruere certum nil esse, qui impudenti fronte assertionibus suis fidem ab auditoribus exigunt, cùm vera esse nulla restatur? Ubi Mathematicorum supersticio; qui dum signorum cursus suscipiunt, vitas hominum in siderum momenta suspondunt? Quorum aperte doctrinam sepe generorum nativitas dissipat, qui cùm uno eodemque momento horæ prodeant, non in una conversationis qualitate perdurant. Ubi tamen prædicamenta falsitatis, quæ enumerare fugimus, ne ab expounderis ordine longè recedamus? Sed cuncta jam erroris doctrina conticuit; quia Leviathan linguam

Matt. 1.

Psal. 15.

Eccle. 4.

Rom. 8.d

Ibid.

Dominus incarnationis sive fane constrinxit. Unde bene etiam per Prophetam dicitur: *Et defolabis Dominus linguam maris Aegypti.* Lingua quippe maris, est scientia doctrinae facularis. Bene autem mare Aegyptum dicitur: quia peccati obscuritate fuscatur. Lingua ergo maris Aegypti Dominus defolavit; quia hujus mundi falsam sapientiam per carnem te offendendo destruxit. Fune ergo Leviathan lingua constringitur; quia per similitudinem carnis peccati, ligata est prædictio vestigiis peccatoris. Si autem fides fane signatur, idem nobis iterum intellectus innuitur: quia dum per prædicatores sanctos in mundo fides Trinitatis innovuit, contra electorum mentes erumpere mundi doctrina cessavit. Unde bene Domino per Prophetam dicitur: *Tu dirupisti fontes & torrentes, tu secasti fluvios Ethan.* Ethan quippe interpretatur fortis. Et quis est hic fortis, nisi de quo per Evangelium Dominus dicit: *Nemo potest vasa fortis ingressus domum diripere, nisi prius fortem alligeret?* Fontes itaque & torrentes Dominus dirupit, dum in Apostolorum suorum cordibus fluenta veritatis aperuit. De quibus rursum per Prophetatum dicitur: *Haurietis aquas in gaudio de fontibus salvatoris.* Ad eorum quippe doctrinam fit. tientes pergitus, ut veritatis plena cordibus nostrorum lagunculas reportemus. Sed emanantibus suis fontibus Ethan fluvios exsiccavit, dum doctrinam fortis & maligni spiritus ostensio radio sue veritatis arefecit. Leviathan ergo lingua fane strinxit: quia extensa fide Trinitatis, errorum prædicamenta siluerunt. Sed quia jam se aperte extolle non valet, hoc illucque circumiens per insidias mordet. Mirabatur autem misericordia contra hunc pro nobis Dominus vigilat, atque cum & in hoc quod fraudibus molitur, expugnat. Unde subditur.

*Quod astutiam diaboli per quam humani generis fragilitatem explorat & odoratur, Deus omnipotens judicij sui potestate confringat, & perfora ea maxilla, homines quos jam per peccati commissione inter fauces tenebat, inde extrahat, si per penitentiam exitum & reditum ad vitam aperiat.*

## CAPUT X.

*N*VMQUID pones circulum in naribus ejus? Si cur per naras insidie, ita per circulum divinæ virtutis omnipotentia designatur. Quæ cùm apprehendis tentationibus prohibet, miris ordinibus antiqui hostis insidias circumplectens tenet. Circulus ergo ei in naribus ponitur, dum circumducta protectionis supernæ fortitudine, ejus sagacitas retinetur, ne contra infirmitatem hominum tantum prævaleat, quantum perditionis argumenta latenter explorat. Potest etiam circuli nomine, occulti judicij adjutorium designari: quod in hujus Beemoth naribus ponitur, cùm à callida sua crudelitate refrænatur. Unde bene per Prophetam, cùm ab Israëlitarum læsione prohibetur, Regi Babylonie dicitur: *Ponam circulum in naribus tuis.* Ac si aperte diceretur: Cogitando insidias suspiras; sed explore f quod appetit non valendo, omnipotentia meæ circulum in naribus portas, ut cùm bonorum mortem ardentiæ anhelas, ab eorum vita vacuus redeas. Quod verò hoc loco circulum, hoc & Scriptura sacra per Joannem in Apocalypsi falcam vocat. Ait enim: *Vidi, & ecce nubem candidam, & super nubem, sedentem similem filio hominis, habentem in capite suo coronam auream, & in manu sua falculam acutam.* Potestas enim divini judicij, quia undique stringit, circulus dicitur: & quia intra le omnia inciendo amplectitur, falcis appellatione signatur. In falce enim quidquid inciditur, quaquam verum

versum flebitur, intus cadit. Et quia potestas su- A  
perni judicij nullatenus evitatur, intra ipsam  
quippe sumus, quod liber fugere conemur, recte  
cum venturus judex ostenditur, falcem tenere  
perhibetur: quia cum potenter ad omnia obviat,  
incidente circumdat. *Ecce se intra judicij falcem*

*Propheta vidit, cum diceret: Si ascendero in celum, tu illuc es: si descendero ad infernum ades. Si sum ptero pennas meas ante lucem, et habitare ero in extremis mariis: etenim illuc manus tua deducet me, et tenebit me dextera tua. Intra quamdam falcem se vidit, cum ex nullo sibi loco patere fugae aditum posse cognovit, dicens: Quia neque ab oriente, neque ab occidente, neque a de-*

*seris montibus: subaudis, patet via fugiendi: atque mox ipsam superna potentia omnimodam comprehensionem subdens, ait: Quoniam Deus iudex est. Ac si diceret: Fugiendi via undique de- est, quia ille iudicat, qui ubique est. Divina itaque judicia sicut signantur falce, quia circumval- lantia incident: ita exprimunt circulo, quia un- dique stringunt. In Leviathan itaque naribus a Domino circulus ponitur, quia judicij eius po- tentia in insidiis suis ne quantum vult præ- leat, coarctatur. Dicatur ergo: Numquid pones circulum in naribus ejus? Subaudis, ut ego, qui astutus ejus insidias omnipotenti iudicio constru- go; ut nec tantum tentet, quantum appetit; nec tantum capiat, quantum tentat. Sequitur: Aut armilla perforabis maxillam ejus? ] Ab intellectu circuli armilla non discrepat; quia ipsa hoc quoque ubi ponitur, ambiendo constringit. Sed quia armilla latius tenditur, per armillam occulti ejus judicij erga nos protectio impensis designatur. Armilla ergo Dominus maxillam Leviathan istius perforat; quia ineffabili misericordia sua potentia sic malitia antiqui hostis obviat, ut aliquando eos etiam, quos jam cepit, amittat: & quasi ab ore illius cadunt, qui post perpetrata culpas ad innocentiam redunt. Quis enim ore illius semel raptus maxillam ejus evaderet, si perforata non esset? An non in ore Petrum tenuit, cum nega- vit? An non in ore David tenuit, cum in tan- tam feluxuriae voraginem mererit? Sed cum ad vi- tam eterne per penitentiam rediit, Leviathan iste eos aliquo modo quasi per maxillæ sua foramina amiserit. Per foramen ergo maxillæ, ab ejus ore subtrahiti sunt, qui post perpetrationem tanta nequitia penitendo redierunt. Quis autem ho- minum Leviathan istius os evadat, ut nulla illi- cita committat? Sed hinc cognoscimus quantum redemptori humani generis debitores sumus, qui non solum nos in os Leviathan ire prohibuit, sed ab ore etiama redire concessit; qui spem peccatori non abstulit, quia maxillam ejus, ut evadendi viam tribueret, perforavit: ut saltum post mor- sum fugiat, qui incautus prius morderi nequaquam metuebat. Ubique ergo nobis occurrit superba medicina: quia & dedit homini præcepta, ne pec- cet, & tamen peccanti dedit remedia, ne des- peret. Unde cavadum summopere est, ne quis de- lectione peccati Leviathan istius ore rapiatur, & tamen si raptus fuerit, non desperet: quia si peccatum perfectè lugeat, adhuc foramen in ma- xilla ejus invenit, per quod evadat. Jam denti- bus teritur; sed adhuc si evadendi via queritur, in maxilla ejus foramen invenitur. Habet etiam captus quod exeat, qui prævidere noluit ne cape- retur. Quisquis ergo nondum captus est, maxil- lam ejus fugiat: quisquis verò jam captus est, in maxilla foramen querat. Pius enim ac justus est conditor noster. Sed nemo dicat, Quia pius est, venialiter peccato. Et nemo qui peccaverit, dicat: Quia justus est, de peccati remissione despero. Relaxat enim Deus facinus quod defletur, sed*

S. Greg. Tom. I.

perpetrare quisque timeat, quod si dignè deflere possit, ignorat. Ante culpam ergo iustitiam metuat, post culpam tamen de pietate presumat: neque ita iustitiam timeat, ut nulla spei consola- tione convalescat: neque ita confidat de miseri- cordia, ut adhibere vulneribus suis dignæ pœnitentiae negligat medicinam, sed quem praefumit sibi piè parcere, semper etiam cogitet & districte judicare. Sub pietate itaque ejus spes peccatoris gaudet, sed sub districione illius penitentis correccio contremiscat. Spes igitur præsumptionis nostræ habeat etiam mortuum timoris: ut ad corrigenda peccata iustitia judicantis terreat, quem ad fiduciam venia gratia parcentis invitat. Hinc enim per quendam sapientem dicitur: Ne dixeris, Miserationes Domini multæ sunt, peccatorum me- rum non memorabitur. Pietatem namque ejus pro- tinus, & iustitiam subdit, dicens: Misericordia ibid. enim & ira ab illo. Divina itaque clemensia ma- xillam Behemoth istius perforans ubique huma- no generi & misericorditer & potenter occurrit: quia nec libero admonitionem præcavendi tacuit, nec capto remedium fugiendi subtraxit. Ad hoc quippe in Scriptura sacra virorum talium, id est, David & Petri peccata sunt indita, ut cautela minorum sit ruina majorum. Ad hoc verò utrorumque illic & penitentia insinuatur & venia, ut spes pereuntium sit recuperatio perditorum. De statu ergo suo David cadente nemo superbiat. De lapsu etiam suo David surgente nemo desperet. Ecce quā mirabiliter Scriptura sacra eodem verbo superbos premet, quo humiles levat. Unam namque rem gestam retulit, & diverlo modo superbos quidem ad humilitatis formidinem, humi- les verò ad spei fiduciam revocavit. O inestima- bile novi generis medicamentum! quod uno co- demque ordine positum, & premendo tumentia exsiccatur, & sublevanda arenaria infundit. De ma- jorum nos lapsu terruit, sed de reparacione ro- boravit. Sic quippe semper, sic nos divinae dis- pensationis misericordia & superbientes reprimit, & ne ad desperationem corruamus, fulcit.

*Quid sit, quod Moyses dicit: Non accipies loco pignoris superiorum vel inferiorem molam.*

#### CAPUT XI.

**V**NDE etiam per Moysen admonet, dicens: *Non accipies loco pignoris superiorem, aut in- feriorem molam.* Accipere namque, aliquando di- cimus auferre. Unde & aves illæ, quæ rapien- di sunt avidæ, accipitres vocantur. Unde Pau- lis Apostolus dicit: *Suslinetis enim si quis de- vorat, si quis accipit.* Ac si diceret, *Si quis n. e rapit.* Pignus verò debitoris, est confessio peccatoris. A debitorum enim pignus accipitur, cum à peccatore jam peccati confessio tenerit. Superior autem & inferior mola, est spes & timor. Spes quippe ad alta subchyti, timor autem cor inferius premit. Sed mola superior & inferior ita sibi ne- cessarij junguntur, ut una sine altera inutiliter ha- beatur. In peccatorum itaque peccatore incalanter debet spes & formido conjungi: quia incassum misericordiam sperat, si non etiam iustitiam ti- meat: incassum iustitiam metuit, si non etiam de misericordia confidat. Loco igitur pignoris mola superior aut inferior tolli prohibetur; quia qui peccatori predicit, tanta dispensatione compone- re prædicationem debet, ut nec derelicta spe ti- morem subtrahat, nec subtrahita spe, in solo eum timore derelinquit. Mola enim superior aut infe- rior tollitur, si per prædicantis linguam in peccatorum peccatore aut timor à spe, aut spes à timore dividatur. Sed quia exigente causa David ad me-

Qqq

dium deducto, tanti facinoris memoriam fecimus, lectoris fortasse animus moveretur, cur eos omnipotens Deus, quos in perpetuum elegit, quos ad donorum quoque spiritualium culmen assumpsit, illæsos à corporalibus vitiis non custodit. Unde quia satisficeri citius credimus, breviter respondeamus. Nonnulli enim per accepta dona virtutum, per impensam gratiam bonorum operum, in superbia vitium cadunt, sed tamen quid ceciderint, non cognoscunt. Proinde contra eos hostis antiquus, quia jam interius dominatur, etiam exteriū savire permittitur: ut qui in cogitatione elati sunt, per carnis luxuriam prosternantur. Scimus autem, quia aliquando minus est in corporis corruptionem cadere, quam cogitatione tacita ex deliberata elatione peccare: sed cum minus turpis superbia creditur, minus vitatur. Luxuriam vero eò magis erubescunt homines, quod simil omnes turpem neverunt. Unde fit plerumque, ut nonnulli post superbiam in luxuriam corruentes, ex aperto easu malum culpa latentes erubescant: & tunc etiam majora corrigunt, cum prostrati in minimis gravius confunduntur. Reos enim se inter minora conspiciunt, qui se liberos inter graviora crediderunt. Pia ergo Domini dispensatione laxatus nonnumquam Behemoth iste de culpa ad culpam trahit, & dum plus percutit, inde eum quem ceperat, amittit: atque unde vice sacerdotum dicitur: *Nescio vos unde sis.* Tunc etiam Domino per membra sua mollia loqueretur, quando multi ex ejus corpore dicturi sunt: *Domine Domine, nomine tuu prophetavimus, & in nomine tuo damoniu execimus, & in nomine tuo virientes multas fecimus?* Mollia quidem deprecantes dicunt, cum ejus nomine replicant quia fecerunt, sed duro corde illa cum facerent, in suam laudem rapuerunt. Unde mox audiunt: *Nescio qui es.* Sequitur.

*2. Cor.  
12. b*

A conterit, inde amittit: unde tentat ut perdat, agit inde ne pereant. Antiquus itaque hostis occultis Dei dispensationibus serviens, sanctorum animas ad interitum tentat volens, sed ad regnum tentando servat invitum. Maxilla ergo ejus perforata est, quia eos quos tentato, id est, mandando conterit, quasi cum degluti, amittit. Quod quia non humana, sed divina providentia agitur, ut utilitati justorum ipsa veruisti adversari astutias frageret, quatenus cum electos tentat, eos magis tentando custodiatur, bene ad beatum Job dicitur: *Aut armilla perforabis maxillam ejus?* Subaudis, ut ego: qui providè cuncta disponens, electos meos inde robustius in integritate custodio, unde eos per maxillam Leviathan istius labefactari aliquo modo ab integritate permitto. Sequitur.

*Quod in die judicij supplicium & paenitentia  
impiorum in iritum erit.*

#### CAPUT XII.

**N**VMquid multiplicabit ad te preces, aut loqueretur tibi mollia? ] Subaudis, ut mihi. Si enim ad personam Filij haec verba referantur, incarnatio ei mollia loquebatur cum diceret: *Sco quia sis Lue. 4. f. sanctus Dei.* Ad quem Leviathan iste multiplicavit preces, cum per subditam fibi legacionem dixit: *Si ejicis nos, mitte nos in gregem porcorum.* Matt. 8. 4. Quamvis intelligi potest apertius; quia ad Dominum preces multiplicat, cum extremi die judicij iniqui, qui ejus corpus sunt, sibi parci deprecan- tur: cum membra ejus, videlicet reprobri, sed clamantes dicunt: *Domine Domine, aperi nobis.* Matt. Quibus protinus dicitur: *Nescio vos unde sis.* 21. 4. Tunc etiam Domino per membra sua mollia loqueretur, quando multi ex ejus corpore dicturi sunt: *Domine Domine, nomine tuu prophetavimus, & in nomine tuo damoniu execimus, & in nomine tuo virientes multas fecimus?* Mollia quidem deprecantes dicunt, cum ejus nomine replicant quia fecerunt, sed duro corde illa cum facerent, in suam laudem rapuerunt. Unde mox audiunt: *Nescio qui es.* Sequitur.

*Quod diabolus in hac vita nesciens sanctorum usibus servit, & tentationis licentia quasi ex pacto accepta, voluntatem suam implet tentando, sed voluntate Dei ligatur, ut electos & volens temet, & nesciens prober.*

#### CAPUT XIII.

**N**VMquid feriet tecum pactum? ] Subaudis, ut mecum. [Et accipies eum seruum sempiternum?] Subaudis, ut ego. Sed valde solerter intuendum est, quod pactum cum Domino Leviathan iste feriat, ut sempiternus ab eo servus habeatur. In pacto enim, discordantium partium voluntas impletur, ut ad votum suum quaque perveniat, & iuria desiderato fine concludat. Antiquus itaque hostis à sinceritate divinae innocentiae, malitia lux E face successus discordat, sed ab ejus iudicio etiam discordando non discrepat: nam viros iustos semper malevolè tentare appetit, sed tamen hoc Dominus vel misericorditer fieri, vel iuste permittit. Hac ipsa ergo tentationis licentia pactum vocatur, in qua & desiderium tentatoris agitur, & tamen per eam miro modo voluntas iusti dispensatoris impletur. Erudiendos enim, sicut nuper diximus, electos suos Dominus saepe tentatori subiicit, sicut post paradisi claustra, post tertij celi secreta, nerevelationum magnitudine Paulus extollit, ut præfati sumus, ipsa hac temptatione disponitur, ut qui elati perire poterant, humiliati à perditione serventur.

Secreto ergo dispensationis ordine, unde servire  
permittitur iniurias diaboli, inde piè perficitur  
benignitas Dei. Et bene ex hoc pacto quod cum  
Domino ferire dicitur, servus accipi perhibetur:  
quia inde obtemperat nutibus superna gratia, un-  
de exercet iram nequissimam voluntatis suæ. Servus  
ergo ex pacto est, qui dum voluntatem suam im-  
plore permititur, à superni consilij voluntate li-  
gatur: ut electos Dei, sicut dictum est, volens  
tent, & tentando nesciens prober. Sed quia  
tamdiu in hac vita electorum usibus servit, quam-  
diu malitia sua nequitiam temptationibus exercere  
potuerit; hoc autem in loco à Domino non so-  
lum ex pacto servus, sed semperius servus acci-  
pi dicitur: investigare compellimus quomodo &  
post praesentis vita terminum servire eum in per-  
petuum Domino demonstremus. Neque enim  
tunc justos cœlesti felicite pollentes adhuc ten-  
tare permittitur, cum ante eorum oculos aeternis  
gehenna ignibus mancipatur: quia nequaquam in  
illa superna patria temptationibus erudiendi sunt, in  
qua jam pro temptationum laboribus remuneran-  
tur. Sed tunc Leviathan iste cum suo corpore, re-  
probis videlicet omnibus, flammis ultricibus tra-  
ditur, quibus sine fine cruciatur. Quos feliciter  
cruciatus dum justi conspicunt, in Dei laudibus  
crescent: quia & in se cernunt bonum quo remu-  
nerantur sunt, & in illis inspiciente supplicium quod  
evaserunt. Ita enim tunc pulchra erit universitas,  
dum & gehenna justè cruciat impios, & aeterna  
felicitas justè remunerat pios. Sicut enim niger col-  
or in pictura substernitur, ut superjectus albus vel  
rubeus pulchrior ostendatur: ita tunc etiam malos  
bene ordinans Deus, feliciora exhibet gaudia bea-  
torum, ostensis ante eorum oculos suppliciis re-  
proborum. Et quamvis illud ex visione Dominica  
eorum gaudium non sit quod crescat: magis tamen  
auctori suo esse debitores sentiunt, quando &  
bonum cernunt quod justè remunerati percipiunt,  
& malum quod misericorditer adjuti viceunt.

*Quid sit, quod diabolus modo Behemoth, id est,  
bellua vel jumentum: modo Leviathan, id est,  
serpens marinus: modo avis vocatur: & quod in  
passione Christi illusus sit.*

#### CAPUT XIV.

**I**GITUR si utilitati justorum & hinc tentatio Le-  
viathan istius, & illic damnatio proficit, semper-  
turnus servus est, dum Dei laudibus nesciens servit:  
& illic pena ejus justa, & hinc voluntas injusta. Se-  
quitur: [ *Numquid illudes ei quasi avis?* ] Quid est  
quod adverarius noſter prius Behemoth, postmo-  
dum Leviathan dicitur, nunc vero avi in perditionis  
sue illusione comparatur? Behemoth quippe,  
ut maximus, bellus interpretatur: que quadrupes  
ostenditur, dum sicut bos foenum comedere perhi-  
berur. Leviathan vero, quia hamo capit, pro-  
culdubio serpens in aquis innotescit. Nunc vero  
ad avis similitudinem dicitur, cum dicitur: [ *Nun-  
quid illudes ei quasi avis?* ] Cur ergo bellua, vel  
jumentum, cur draco, cur avis appelletur, inda-  
gemus. Citius enim nomina ejus agnoscamus, si  
tergiversationis illius astutiam subtiliter explore-  
mus. De celo quippe ad terram venit, & ad spem  
caelestem nulla jam respiratione se erigit. Irratio-  
nable ergo & quadrupes animal est per actionis im-  
mundæ fatuitatem, draco per nocendi malitiam,  
avis per subtilis naturæ levitatem. Quia enim hoc  
quod contra se agit, ignorat, bruto sensu bellua  
est: quia malitiosa nobis nocere appetit, draco est:  
quia vero de natura sue subtilitate superbè extolli-  
tur, avis est. Rursum, quia in hoc quod iniquè  
agit, ad utilitatem nostram divina virtute posside-

S. Greg. Tom. I.

A tur, jumentum est: quia vero lateenter mordet, ser-  
pens est: quia autem nonnumquam per indomitam  
superbiā se etiam lucis angelum simular, avis est.  
Humanum etenim genus quamvis inexplicabili ini-  
quiratis arte laceſſat, tribus tamen vitiis valde ten-  
tat: ut videlicet alios sibi per luxuriam, alios per ma-  
litiam, alios per superbiam subdat. Non ergo imme-  
ritò in eo quod agere nititur, ex ipso suarum actionū  
nomine vocatur, cum jumentum, draco, vel avis dici-  
tur. In eis quippe quos ad stultitiam luxuria excitat,  
jumentum est: in eis quos ad nocendi malitiam in-  
flammat, draco est: in eis autem quos in fatum  
superbia quasi alta sapientes elevat, avis est: in il-  
lis vero quos pariter in luxuria & superbia & malitia  
polluit, jumentum, draco, simul & avis existit.  
Per totum namque ad deceptorum cor se species intu-  
lit, in quod eos nequitias implicavit. Multarum  
igitur rerum nomine vocatur; quia ante decepto-  
rum mentes in variis formarum species vertitur.  
Cum enim hunc per carnis luxuriam tentat, & ta-  
men minimè superat, mutata suggestione cor illius  
in malitiam inflamat. Quia ergo ad eum venire  
bellua non valuit, draco venit. Illum veneno ma-  
litiae corrumpere non valet, sed tamen bona sua  
ejus oculis opponit, & cor illius in superbiam ex-  
tollit. Huic ergo ut draco subrepere non valuit, sed  
tamen adducto phantasmati inanis gloria, coram  
cogitationis ejus obtutibus quasi avis volavit. Quæ  
nimurum avis tantò contra nos immānius extollit  
quanto nulla naturæ sue infirmitate præpeditur.  
Quia enim carnis morte non premitur, & Redem-  
ptorem nostrum carnē mortalem vidit, altiori fastu  
elationis intumuit: sed ubi contra auctorem suum  
pennā se superbia extulit, ibi laqueum sue mortis  
invenit. Nam ea ejus carnis morte prostratus est,  
quam expertus clatus: & inde pertulit laqueum,  
unde quasi escam sue malitiae mortem justi concepu-  
vit. Dicatur ergo: [ *Numquid illudes ei quasi avis?* ]  
Quasi avis quippe Dominus illustris, dum ei in passio-  
ne unigeniti Filii sui ostendit escam, sed laqueum  
abſcondit. Vidit enim quod ore perciperet, sed non  
vidit quod gutture teneret. Nam quamvis cum fue-  
rat ipse confessus filium Dei, velut purum tamen il-  
lum hominum mori creditur, ad cuius mortem Ju-  
dæorum persequientium animos concitavit. Sed in  
ipso traditionis ejus tempore tardè jam cognovisse  
intelligitur, quod ipse illa ejus morte puniretur.  
Unde & Pilati conjugem somniis terruit, ut vir il-  
lius à justi persecutione cessaret. Sed res interna dis-  
penſatione disposita, nulla valuit machinatione re-  
fragari. Expediebat namque ut peccatorum mortem  
justè morientum solveret mors justi in justè mori-  
rentis. Quod quia Leviathan iste usque ad tempus  
passionis illius ignoravit, quasi more avis illusus,  
divinitatis ejus laqueum pertulit, dum humanitatis  
ejus escam momordit. Sequitur:

*Quod infirma mundi, & ignobilia, & stulta eleget  
Deus. & fortitudinem armis hostis humilium  
predicatione destruxit.*

#### CAPUT XV.

**A**vt ligabis eum ancillis tuis] Subaudis, ut ego.  
In servis etiū despœcta est conditio, virilites vi-  
get in ancillis autem cum conditione pariter se-  
xus jacet. Bene ergo Dominus Leviathan istum non  
servis, sed ancillis suis ligare se asserit; quia ad no-  
stram redempcionem veniens, & suos contra mundi  
superbiā predicatores mittens, relictis sapien-  
tibus infipientes, relictis fortibus debiles, relictis  
divitibus pauperes elegit. Ancillis ergo suis Levi-  
athan hujus fortitudinem Dominus ligavit, quia at-  
testante Paulo: *Infirma mundi elegit Deus, ut con-  
fundat fortia.* Unde bene per Salomonem dicitur: <sup>i. Cor. 10.</sup>  
Qqqij

*Prov.* Sapientia edificavit sibi domum, exedit columnas A septem, immolarit victimas, miscuit vinum, proposuit menjanam, misit ancillas suas ut vocarent ad arcem & mania civitatis. Sapientia quippe dominum sibi condidit, cum unigenitus Dei Filius in semetipso intra uterum Virginis mediante anima, humanum sibi corpus creavit. Sic quippe corpus Unigeniti, dominus Dei dicitur, sicut etiam tempulum vocatur: ita vero, ut unus idemque Dei atque hominis filius ipse sit qui inhabitat, ipse qui inhabitatur. Quod tamen recte & alter accipitur, si dominus sapientie Ecclesia vocetur. Quae septem sibi columnas excidit, quia ab amore praesentis saeculi disjunctas ad portandum ejusdem Ecclesias fabricamenta prædicantium erexit. Quæ pro eo quod perfectionis virtute subnixa sunt, septenario numero designantur. Immolavit victimas; quia vitam prædicantium maestri in persecutione permisit. Vinum miscuit; quia divinitatis & humanitatis sua nobis pariter arcana prædicavit. Mensam quoque proposuit; quia Scriptura sacra nobis pabula aperiendo præparavit. Ancillas etiam suas misit, quæ ad arcam nos atque civitatis menia vocarent; quia prædicatores infirmos abjectosque habere studiit, qui fideles populos ad spiritualis patriæ adæficia superna colligerent. Unde in Evangelio dominus Nathanaelem laudat, nec tamen in forte prædicantium numerat: quia ad prædicandum cum tales venire debuerant, qui de laude propria nihil habebant: ut tantò \* solidius veritatis esse cognoscetur quod agerent, quantò & aperè cerneretur, quia ad hoc agendum per se idonei non fuissent. Ut ergo mira potentia per prædicatores linguis clareceret, prius mirabilius actum est, ut eorumdem prædicantium meritum nullum esset. Ancillas ergo dominus misit, & Leviathan hujus fortitudinem ligavit; quia infirmos prædicatores mundo exhibuit, & potentes quoque, qui ejus corpus fuerant, sub terroris sui vinculo restrinxit. Et in semetipso Leviathan iste ancillis ligatur, quem infirmis prædicantibus, veritatis clarescente lumine, contra electorum mentes antiquis hostis non quantum vult sèvire permititur: sed ne sub infidelibus captivitate cunctos quos appetit, teneat, signis & virtutibus coarctatur. Ipse ergo per se hoc fortiter facit, qui contra illum vires non fortibus tribuit. Sed quia quos contra eum dominus mittat, insinuat: nunc etiam quid ipsi agant qui mituntur, adjungit. Sequitur.

Quod prædicatorum officio (qui de Evangelico talento negotiantur) à capite diabolo conciduntur & separantur qui prius ei quasi membra carnea adhærebant.

#### CAPUT XVI.

*Cres.* C incident eum amici, dividunt illum negotiatori. Leviathan iste toties conciditur, quoties diuini verbi gladio sua ab illo membra separantur. Iniqui enim cum verbum veritatis audiunt, & sancto timore percussi, ab antiqui se hostis imitatione suspendunt; ipse in corpore suo dividitur, cui hi qui præve inhaerant, subtrahuntur. Ipos vero amicos nominat, quos superius ancillas vocat: ipsos etiam negotiatores appellant, quos amicos dixerat. Sancti etenim prædicatores prius ancillæ sunt per formidinem, post amici per fidem, ad extremum quoque negotiatores per actionem. Ipsi quippe in firmantibus dicitur: Nolite timere, pusille greci, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum. Ipsis rursum convalescentibus dicitur: Vos autem dixi amicos, quia omnia quacumque audiri à Patre meo, nota feci vobis. Ipsi ad extremum in negotiis operationem pergentibus jubetur: Euntes in mundum

*Luc. 12.*

*g.*

*Iona. 13.c*

A universum. predicate Evangelium omni creatura. *Mari.* In predicatione quippe fidei quasi quoddam negotium geritur, dum verbum datur, & fides ab auditoribus sumitur. Quasi quoddam negotium faciunt, qui prædicationem prærogant, & à populis fidem reportant. Fidem impartiunt, & eorum sanctam protinus vitam sumunt. Si enim iustorum predicatione negotium non fuisset, profectò Psalista non diceret: Sunite psalmum, & date sympanum, *Pf. 80.* In tympano etenim corium siccatur ut sonet. Quid est ergo dicere: Sunite psalmum, & date tympanum; nisi accipite spiritalē cantum cordis, & reddite temporalem macerationem corporis? Si superna prædicatione negotium non fuisset, nequam sub tipo fortis mulieris Salomon de sancta Ecclesia diceret: Sindonem fecit & vendidit, *priv.* & cingulum tradidit Chananeo. Quid enim signa. *11.c* tur per linteum sindonis, nisi subtilis intextio sanctæ prædicationis? In qua molliter quiescit; quia mens in illa fidelium spe superna refovetur. Unde & Petro animalia in linteo demonstrantur; *47.10.b* quia peccatorum anima misericorditer aggregata, in blanda fidei quiete continentur. Hanc ergo sindonem Ecclesia fecit, & vendidit; quia fidem, quam credendo texerat, loquendo dedit, & ab infidelibus vitam recte conversationis accepit. Quæ & Chananeo cingulum tradidit: quia per vigorem demonstrate justitiae, fluxa opera gentilitatis adstrinxit, ut hoc quod præcipitur, vivente teneatur: Sint lumbi vestri præcincti. Prædictores ergo suos dominus querendo ancillas invenit, permurando amicos facit, dirando negotiatores exhibet. Qui enim mundi prius minas infirmi timuerunt, post ad cognoscenda divina consilia ascendunt. Ditati autem virtutibus, usque ad excendum fidei negotium perducuntur; ut Leviathan istius membra increpando atque suadendo tantò severius incident, quantò & amici facti, amoti veritatis semetipos verius copulant: atque ab eo peccantium animas tantò celerius subtrahant, quantò negotiatores idonei effecti, in semetipos amplissimas apothecas virtutum monstrant. Quia enim per prædicatores Dei valde laudabiliter à Leviathan isto res possessa dividitur, veritatis vox per Prophetam pollicetur, dicens: Et si separaveris pretiosum à vili, *Hier. 11.* quasi os meum eris. Pretiosum quippe à vili separat, qui humanas mentes à reprobis antiqui hostis imitatione disjungit. Recte os Dei dicitur; quia per eum proculdubio eloquia divina formantur. Sequitur.

Quod sancta Ecclesia prius pelle diaboli, id est, infirmis impleta sit; deinde capite, id est, prædientibus & sapientibus, prius enim pescatores habuit, deinde per pescatores, philosophos & thetores, principes & Imperatores.

#### CAPUT XVII.

*E* Vmquid implebis sagenas pelle eius, & gurgistum pescium capite illius? Quid per sagenas vel gurgistum pescium, nisi ecclesiæ fideium, que unam Ecclesiam catholicam faciunt, designatur? Unde in Evangelio scriptum est: Semile est regnum calorum sagene missæ in mare, *Mari.* & ex omni genere pescium congreganti. Regnum calorum scilicet vocatur Ecclesia, cuius dum mores dominus ad superna sublebat, jam haec ipsa in domino per celestem conversationem regnat. Quæ recte etiam sagena missæ in mare comparatur, ex omni genere pescium congreganti: quia missa in hoc gentilitatis seculum, nullum respuit; sed malos cum bonis, superbos cum humilibus,

iracundos cum mitibus, & fatuos cum sapientibus  
cepit. In pelle vero Leviathan istius, stultos ejus  
corporis, in capite autem prudentes accipimus.  
Vel certe pelle, quae est exterius, subdit ad hanc  
extrema servientes, capite autem praeposti desig-  
nantur. Et bene Dominus servato ordine, has sa-  
genas vel gurgustium piscium, id est Ecclesiam  
suam, & vorta fidelium prius se pelle ejus, & post-  
modum capite afferit impleturam: quia, sicut su-  
perius diximus, prius elegit infirma, ut post con-  
fundetur fortia. Elegit quippe stulta mundi, ut con-  
funderet sapientes. Prius namque collegit indoctos,  
& postmodum philosophos: & non per oratores  
docuit pescatores, sed mira potentia per pescato-  
res subigit oratores. Dicit ergo: [ *Numquid im-  
plebis saginas pelle ejus, aut gurgustium piscium ca-  
pite illius?* ] Subaudis, ut ego, qui intra Ecclesiam  
fidelium prius quasi pelle diaboli extremitus atque  
infimos colligo, & postmodum caput illius, id est,  
prudentes mibi adversarios subdo. Sequitur: [ *Po-  
nes super eum manum tuam?* ] Id est, ut ego, qui  
forti illum potentia reprimens, non plus quam ex-  
pediat, levare permittio: ejusque slevitiam quant-  
um permisero, in electorum meorum utilitatem  
retorqueo. Vel certe manum super eum ponere,  
est virtutis potestate superare. Beato igitur Job per  
interrogationem dicitur: [ *Pones super eum manum  
tuam?* ] ac si aperte diceretur? Numquid virtute  
illum propria reprimis? Unde & apte mox subdi-  
tur: [ *Memento belli, nec ultra addas loqui.* ] Alta  
dispensatio judiciorum Dei idcirco sapientiae bene-  
merentes famulos vel minis impedit, vel flagellis pre-  
mit, vel quibusdam superimpositis oneribus gra-  
vat, vel laboriosis occupationibus implicat: quia  
mirabilis potentia praevidet, quod si quieti ac liberi in  
tranquillitate persistenter, tentationes ferre adver-  
sarii non valentes, mentis prostrati vulneribus ja-  
cerent. Dum ergo eos foris tolerandis flagellis vel  
oneribus occupat, a suscipiendo intus temptationum  
jaculis occultat. Moris quippe medicinalis est, ut  
sapientiae fervorem viscerum in pruriginem cutis tra-  
hat, & plerunque inde interiorius curat, unde ex-  
teriorius sanctia. Ita nonnumquam divina dispensa-  
tionis medicamine agitur, ut exterioribus dolori-  
bus internum vulnus admatur, & flagellarum se-  
ctionibus repellatur ea, que occupare mente pos-  
terat interior putredem vitiorum: & tamen sapientiae  
dum patentia culpa sibi homines consciencia non sunt,  
& aut doloribus cruciantur, aut laboribus deprimitur,  
contra justum aque omnipotentem judicem in querelam prossilunt, scilicet minus intuentes  
contra quam fortis adversarium bellum gerunt.  
Cujus si intolerabiles vires sollicitate attenderent,  
nequaquam de his que exteriorius tolerant, murmu-  
rarent. Sed ideo videntur nobis haec gravia, quia bel-  
la occulti adversarii nolumus pensare graviora. A  
quibus plerunque bellis, ut diximus, dum flagel-  
lamur, defendimur: dum affligimur, occultamur.  
Caro enim nostra prius quam resurrectionis incor-  
ruptionem solidetur, si nullo merore afficitur, in  
temptationibus efficiatur. Quis autem nesciat, quod  
multo melius si ardore flamma febrium, quam  
igne vitiorum? Et tamen quum febre corripimus,  
quia vitiorum astum quo occupare nos poterat, con-  
siderare negligimus, de percussione murmuramus.  
Quis nesciat, quod multo melius si duris in ser-  
tio hominibus subjici, quam blandientibus demoni-  
aci spiritibus subdi? Et tamen cum alto Dei ju-  
dicio jugo humanæ conditionis atterimur, in quere-  
lant profiliimus: nimis, quia minus attendimus,  
quod si nos nulla conditio servitutis opprimeret,  
fortasse mens nostra multis iniquitatibus peius libera  
deserviret. Ideo ergo hac que toleramus, gravia  
credimus: quia bella hostis callidi, quam sint contra  
nos dura atque intolerabilia non videmus.

*Sup. c.  
15. huius  
lib.  
1. Cor. 1.  
d*

A Menti enim nostræ omne pondus vilesceret, si ea  
qua se opprimere poterant, occulti adversarii bel-  
la pensaret. Quid enim si omnipotens Deus onera  
qua patimur, sublevet, sed tamen sua nobis adju-  
atoria subtrahat, & inter Leviathan istius nos ten-  
tamenta derelinquit? Sæviente tanto hoste quod  
ibimus, si nullis auctoris nostri protectionibus de-  
fendamur? Quia ergo beatus Job culpa sibi con-  
scius non erat, & dura tamen flagella tolerabat, ne  
fortasse in vito murmurationis excedat, memore-  
tur quod timeat, & dicatur ei.

*Quod qui tentamenta vel percussionses diaboli dilige-  
nter considerat. & illud bellummente retrahat,  
de flagellis & percussionibus Dei, que sunt cor-  
rectio vel disciplina, si filius est, nequaquam mur-  
murat.*

#### CAPUT XVIII.

**M**emento belli, nec ultra addas loqui. ] Ac si ei  
maperè diceretur: Si occulti hostis contra te  
bellum consideras, quidquid à me pataris, non accus-  
as. Si imperitem te adversarii gladium prospicis,  
flagellum patris nullatenus perhorrescis. Vides enim  
quali flagello te ferio, sed intueri negligis, à quant-  
to te hoste flagellando liberum servo. [ *Memento  
ergo belli, nec ultra addas loqui:* ] id est, tantò te  
ad disciplinam patris exhibe tacitum, quantò te  
prospicis ad bella hostis infirmum. Dum ergo me  
corriente percuteris, ut æquanimiter feras, ho-  
stem tuum ad memoriam revoca, & durum non  
æstimes omne quod pataris, dum externis crucia-  
tibus ab interna passione liberaris. Quia autem Le-  
viathan iste de divina misericordia falsa sibi pro-  
missione blanditur, postquam terrorem fortitudi-  
nis ejus intulit, & beati Job animum in ejus circum-  
specctione commovit, dicens: [ *Memento belli, nec  
ultra addas loqui;* ] ut irremissibilem reatum ejus  
ostenderet, illico adjunxit.

*Quod iudicium ultimum sine misericordia sit.*

#### CAPUT XIX.

**E**cce spes ejus frustrabitur eum. ] Quod sic de eo  
debet intelligi, ut referri etiam ad illius corpus  
possit: quia iniqui omnes qui distinctionem justi-  
tiae divina non metaunt, incassum sibi de miseri-  
cordia blandiuntur. Moxque ad consolationem no-  
stram rediens, extremi judicii \* futurum ejus inte-  
ritum prenuntiac, dicens: [ *Et videntibus cunctis die  
precipitabitur.* ] Cunctis enim videntibus præcipita-  
bitur, quia aeterno tunc judice terribiliter apparen-  
te, adstantibus legionibus Angelorum, auctamente  
cuncto ministerio celestium potestatum, arque ele-  
ctis omnibus ad hoc spectaculum deductis, ista  
bellua crudelis & fortis in medium captiva dedu-  
citur, & cum suo corpore, id est cum reprobis  
omnibus, aeternis gehennæ incendiis mancipatur,  
cum dicitur: *Discedite a me maledicti in ignem aet-  
ernum, qui preparatus es diabolo & angelis ejus.* O  
quale erit illud spectaculum, quando haec imma-  
nissima bestia electorum oculis ostendetur, que  
hoc belli tempore nimis illos terrere potuerat, si  
videretur! Sed occulto ac miro Dei confilo agitur,  
ut & nunc per ejus gratiam à pugnatis non visa  
vincatur, & tunc à latiis victoribus jam captiva  
videatur. Tunc autem justi divino adjutorio quan-  
tum debitores sunt, pleniū recognoscunt, quan-  
do tam fortis bestiam viderint, quam nunc infir-  
mi vicerunt: & in hostis sui immanitate conspiciunt,  
quantum debeant gratias defensoris sui. Redeant  
enim de hoc prælio tunc milites nostri virtutum  
trophæa referentes: & receptis corporibus, cum  
jam in illo judicio cœlestis regni introitum fortun-  
tur, prius immanissimas vires hujus antiqui ser-

*Qqq. iii*

pentis aspiciunt, ne vile aestiment quod evaserunt. Bene ergo dicitur: [Et videntibus cunctis precipitabitur;] quia visa mors ejus tunc gaudium exhibet, cuius tolerata vita, nunc iustis quotidie in cruciatibus bellum movet. Sed audiaces ista, ac

A si protinus quereremur, Domino dicentes: Domine qui Leviathan istum tantæ esse fortitudinis non ignoras, cum in certamine infirmiratis nostræ cur fuscitas? illico adjunxit.

C A P.  
xli.

**N**on quasi crudelis suscitabo eum. Quis enim resistere potest vultus meo? & quis ante potentibus, & ad deprecandum compositis. Quis revelabit faciem indumenti ejus, & in medium oris ejus quis intrabit? Portas vultus ejus quis aperiet? Per gyrum dentium ejus formido: corpus illius quasi scuta fusilata, compactum squamis se prementibus. Vna uni conjugatur: & ne spiraculum quidem incedit per eas. Vna alteri adhuc ebunt, & tenentes se nequam separabuntur. Sternutatio ejus splendor ignis, & oculi ejus ut palpebra diluculi. De ore ejus lampades procedunt sicut tadae ignis accense. De naribus ejus procedit fumus sicut olle succensa atque ferventis. Halitus ejus prunas ardore facit, & flamma de ore ejus egreditur. In collo ejus morabitur fortitudo, & faciem ejus praedet egertas. Membra carnium ejus coherentia sibi: mittet contra eum fulmina, & ad locum alium non ferentur. Cor ejus indu- rabitur tamquam lapis, & stringetur quasi malleatoris incus. Cum sublatus fuerit, timebunt angeli, & territi purgabuntur. Cum apprehenderit eum gladius, subsistere non poterit neque haesita, neque thorax. Reputabit enim quasi palea ferrum, & quasi lignum putridum as. Non fugabit eum vir sagittarius: in stipulam versi sunt ei lapides funde. Quasi stipulam estimabit malleum, & deridebit vibrantem hastam. Sub ipso erunt radii solis, & sternet sibi aurum quasi lutum. Fervescere faciet quasi ollam profundum mare, et ponet quasi cum unguenta bulliunt. Post eum lucebit semita: estimabit abyssum quasi senescentem. Non est super terram Poteras, quæ comparetur ei, qui factus est ut nullum timeret. Omne sublime videt: ipse est rex super universos filios superbie.

Quod non crudeliter, sed rationabiliter Deus agit  
cum diabolo, qui iusto iudicio electos recipit,  
& impios damnat.

## CAPUT XX.

**N**on quasi crudelis suscitabo eum.] Et velut si mox a nobis causa rationis quereretur, Quo modo non eum quasi crudelis suscitas, quem scimus quia tantos invadere & devorare permittis? statim subdidit, dicens: [Quis enim resistere potest vultus meo? & quis ante dedit mihi, ut reddam ei?] Quibus duobus versibus & virtutem sue potentiae, & omne pondus rationis explevit. Nam propter potentiam dixit: [Quis enim resistere potest vultus meo?] Et propter rationem subdidit: [Quis ante dedit mihi, ut reddam ei?] ac si diceret: Non eum quasi crudelis suscito; quia de ejus fortitudine & electos meos potenter eripio, & rursum reprobos non injuste, sed rationabiliter damno: id est, & eos quos benignè eligo, eripere mirabiliter possum; & eos quos respuso, non injuste derelinquo. Nemo quippe ut divina illum gratia subsequatur, prius aliquid contulit Deo. Nam si nos Deum bene operando prævenimus, ubi est quod Propheta ait: *Misericordia ejus præveniet me*? Si quid nos bona operationis dedimus, ut ejus gratiam meremur, ubi est quod Apostolus dicit: *Gratia salvatis estis per fidem; & hoc non ex vobis, sed Dei donum est, non ex operibus?* Si nostra dilectio Deum prævenit, ubi est quod Joannes Apostolus dicit: *Non quia nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos?* Ubi est quod per Osce Dominus dicit: *Diligam eos sponte;* Si sine ejus munere nostra virtute Deum sequimur, ubi est quod per Evangelium Veritas protestatur, dicens: *Sine me nihil potestis facere;* Ubi est quod ait: *Nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me, traxerit eum;* Ubi est quod iterum dicit: *Non vos me elegistis, sed ego elegi vos;* Si saltem dona bonorum operum virtute nostra bene cogitando prævenimus, ubi est quod rursum per Paulum tam salubriter dicitur, ut omnis de se humanae mentis fiducia ab ipsa cordis radice succidatur, cum dicit: *Non quia sufficientes sumus, aliquid cogitare à nobis quasi ex nobis, sed sufficientia nostra*

B ex Deo est? Nemo ergo Deum meritis prævenit, ut tenere eum quasi debitorem possit: sed mirabiliter æquus omnibus conditor, & quosdam præelectigit, & quosdam in suis pravis moribus justè relinquat. Nec tamen electis suis pietatem sine justitia exhibet, quia hic eos duris afflictionibus permit: nec rursum reprobis justitiam sine misericordia exercet, quia hic æquanimiter tolerat, quos quandoque in perpetuum damnat. Si ergo & electi prævenientem te gratiam sequuntur, & reprobi juxta quod merentur, accipiunt: & de misericordia inveniunt electi quod laudent, & de justitia non habent reprobi quod accusent. Bene itaque dicitur: [Quis ante dedit mihi, ut reddam ei?] Ac si aperte diceretur: Ad parendum reprobis nulla ratione compellor; quia eis debitor ex sua actione non teneor. Idcirco enim nequam caelstis patriæ præmia aeterna percipiunt; quia ea nunc dum promereri poterant, ex libero arbitrio contemplarentur. Quod videlicet liberum arbitrium in bono formatur electis, cum eorum mens à terrenis desideriis gratia aspirante suspenditur. Bonum quippe quod agimus, & Dei est, & nostrum: Dei per prævenientem gratiam, nostrum per obsequentem libera voluntatem. Si enim Dei non est, unde ei gratias in æternum agimus? Rursum si nostrum non est, unde nobis retribui præmia speramus? Quia ergo non immittere gratias agimus, scimus quod ejus munere prævenimus: & rursum, quia non immittere retributionem querimus, scimus quod obsequente libero arbitrio bona elegimus, quæ agerimus. Sequitur: [Omnia que sub calo sunt, mea sunt.] Omnibus liquet, quod non solum ea quæ sub calo sunt, sed ipsa quoque, quæ super caelos condita caelstia vocantur, ejus voluntati serviunt, à quo se creata esse meminerunt. Cur ergo tantummodo de inferioribus loquens ait: [Omnia que sub calo sunt, mea sunt?] Sed quia de Leviathan loquitur, qui jam non in ætherei caeli sede continetur, cuncta quæ sub calo sunt, assertit sua esse, ut eum quoque qui de calo occidit, sua doceat potestati servire, ac si diceret: Leviathan iste beatitudinem quidem meam perdidit, sed dominum non evasit: quia & ipsa mihi potestates inserviunt, quæ mihi pravis actionibus adversantur. Sequitur.

*Quod in extremo examine, vel etiam in presenti Ecclesia frustra fundatur oratio, quam bona actio non praeedit: & quod virtus orationis non sit in verbo, sed in perseverantia compunctionis.*

## CAPUT XI.

**N**on parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compositis. ] Quis hoc, quod legisse se nequaquam novit, existimet; quia culparum suarum diabolus sit veniam petitus? Sed ille fortasse homo, quem Leviathan iste in mundi termino vas similius componebat, qui propter faciem indumentorum eius, atque operis suorum, & deinceps illius, tunc tamen majestatis praesentia, quia exercere vires suas non valet, ad preces inclinatur. *Quod tamen de ejus corpore, id est, inquis omnibus intelligi aptius potest, qui sero ad petitionem verba veniunt; quia nunc exequi facta contemnunt. Unde per Evangelium Veritas dicit:* *Novissima veniunt & reliqua virgines, dicentes: Domine Domine aperi nobis. Quibus illico responderetur: Amen dico vobis, nescio vos. Sed cum verba potentia ad deprecandum compondere dicitur, urget magis, ut quod de ejus corpore in futuro diximus, in hoc tempore sentiamus. Sunt namque intra sanctam Ecclesiam notinulli, qui prolixis ad Dominum preces habent, sed vitam deprecantium non habent: nam promissa caelestia petitionibus sequuntur, operibus fugiunt. Hi nonnumquam etiam lacrymas in oratione percipiunt, sed cum post orationis tempora corum mentem superbia pulaverit, illico in fastu elationis intususcunt: cum avaritia instigat, mox per incendia avidae cogitationis extinxunt: cum luxuria tentaverit, in illicitis protinus desideriis anhelant: cum ira suaferit, mox mansuetudinem mentis flamma insania concremat. Ut ergo diximus, & fluctus in prece percipiunt, & tamen expletis precibus, cum vitiorum suggestione pulsantur, nequaquam pro aeterni regni desiderio se levissime meminerunt. *Quod aperie de se Balaam innotuit, qui iustorum tabernacula conspicens, ait: Moriar anima mea morte in foro, & fiant novissima mea horum similia. Sed cum compunctionis tempus abscessit, contra eorum vitam quibus se similesseri etiam moriendo poposcerat, consilium praebuit: & cum occasione avaritiae reperit, illico oblitus est, quidquid sibi de innocentia optavit. Virtutis igitur pondus oratio non habet, quam nequaquam perseverantia continuo amoris tenet.* *Quo contra bene de Anna flente perhibetur: Vultus ejus non sunt amplius in diversa mutari: quia videlicet mens ejus nequaquam post preces inepta letitia laetificando perdidit, quod orationis sue tempore genituum rigore exquisivit. Nonnullis vero in ulti negotiationis vertitur labor orationis. De quibus in Evangelio Veritas dicit: Devorant domos viduarum sub obtenu prolixa orationis. His accipient prolixius iudicium. Quia ergo iniquorum petitionibus, qui Leviathan istius corpus sunt, nullo modo parcitur, cum eorum preces opere destruuntur, recte nunc dicitur: [ Non parcam ei verbis potentibus, & ad deprecandum compositis: ] quia & per hoc, quod verba potentia & ad deprecandum composita referuntur, aperte inanitas orationis ostenditur. Veraciter namque orare, est amaros in compunctione genitum, & non composita verba refonare. Sed quia antiquus hostis quod distretus frangitur, & nequius per multiplicia argumenta dilatatur; cuius tamen insidiis Dominus quando subtilius occultati considerat, tantò nobis misericordius manifestat, recte subiungitur.**

*Quod diabolus reprobos pateretur ad quacumque flagitia vocas, cum sanctis vero in malitia sua confilii aliter agit, & suggesturus pessima transfigurat se in Angelum lucis.*

## CAPUT XXII.

**Q**uis revelabit faciem indumenti? ] Leviathan iste aliter religiosas hominum mentes, aliter vero huic mundo deditas tentat: nam pravis mala quae desiderant, aperte objicit: bonis autem latenter infidians, sub specie sanctitatis illudit. Illis velut familiaribus suis iniquum se manifestius insinuat: ipsis vero velut extraneis cuiusdam quasi honestatis praetextu se palliat, ut mala quae eis publicè non valet, recte bone actionis velamine subintromittat. Unde & membra ejus sepe quum aperta nequitia nocere non possunt; bona actionis habitum sumunt: & prava quidem se opere exhibent, sed sancta specie mentiuntur. Iniqui enim si aperte mali essent, à bonis recipi omnino non possent: sed sumunt aliquid de visione bonorum, ut dum boni viri in eis recipiunt speciem quam amant, permixtum sumant etiam virus quod vitant. Unde quodam Paulus Apostolus intuens sub prædicationis velamine ventris studio servientes, ait: *Ipse enim 2. Cor. 11. saranas transfigurat se in angelum lucis. Quid ergo dmirum si ministri ejus transfigurantur velut ministri justitiae?* Hanc transfigurationem Josue timuit, quando videns Angelum; cuius esset pars inquisitio, dicens: *Nosler os, an adversariorum?* ut videat, si adversus virtutis esset, eo ipso quo le suspicuum cognosceret, ab illusione resiliat. Quia ergo Leviathan iste in eo quod iniquitatis opus molitur, sepe specie sanctitatis induitur; & quia nisi per divinam gratiam simulationis ejus detegi indumenta non possunt, bene dicitur: [ *Quis revelabit faciem indumenti ejus?* ] subaudis, nisi ego, qui servorum meorum mentibus gratiam subtilissimè discretiōnis inspiro; ut revelata malitia faciem ejus nudam videant, quam coopertam ille sub habitu sanctitatis occultat. Et quia aliquando fidelium mentes corrumpere ostensione sua, aliquando suggestione conatur, (agiri enim modò opere, modò persuasione) recte subiungitur: [ *Et in medium oris ejus quis intrabit?* ] subaudis, nisi ego, qui per discretas electorum mentes suggestionum ejus verba discuto, & non ita hæc esse ut sonuerunt manifesto. Bonum namquevidetur promittere, sed ad perditum finem trahunt. In medium igitur oris ejus intrare, est calliditatis ejus verba penetrare, ut nequaquam pensetur quid resonant, sed quò intendant. Intrare Adam in medium oris ejus noluit, quando intentionem persuasoris illius cautè pensare neglexit: b *Gen. 3.* divinitatem quippe se per illum accipere credit, & immortalitatem amisit. Unde ergo ab intellectu verborum ejus incaute exterius stetit, inde se ori illius devorandum funditus præbuit. Sequitur.

*Quod pseudopredicatores & false persuasionis doctrina & secularium violentia potestatum uariantur.*

## CAPUT XXIII.

**P**ortas vulnus ejus quis aperiet? ] Portæ vultus ejus sunt iniqui doctores, qui idcirco portæ vulnus ejus vocati sunt, quia per ipsos quicquid ingreditur, ut Leviathan iste quasi in potestate sua principatu videatur. Sicut enim Scriptura sacra sanctos viros portas Sion vocate confucit: Sion quippe speculator interpretatur, & non immerito predicatorum sanctos portas Sion dicimus, quia per eorum vitam atque doctrinam abscondita supernæ contemplationis intramus: ita etiam portis Leviathan istius errorum magistri signantur, quorum dura prædicatio pervercia recipitur, miseris auditoribus

via perditionis aperitur. Sed portæ istæ ane ocu-  
los hominum plerumque ad introducendum qui-  
dem apertæ sunt, sed tamen ad deprehendendum clausæ : quia recta in specie exhibent, sed opere prava perfludent. Ad deprehendendum ergo clausæ sunt ; quia ne intrinsecus cognoscant, exte-  
riori simulatione muniantur. Quas tamen mirâ po-  
tentia Dominus aperit ; quia electi suis hypocrita-  
rum mentes comprehensibiles facit. [ *Portas ergo  
vultus ejus quis aperiet?* ] subaudis, nisi ego , qui  
electi meis magistros errorum sub specie sanctitatis absconditos, perfpicua cognitione manifesto. Et  
quia antichristus veniens, ipsas etiam summas hu-  
jus seculi potestates obtinebit, qui duplaci errore  
sæviens conatur ad se corda hominum & missis  
prædicatoribus trahere, & commotis potestatibus  
inclinare, bene de Leviathan isto Dominus sub-  
dit, dicens : [ *Per gyrum dentium ejus formido* ]  
Mutato namque nomine, hos ejus dentes insinuare aliter voluit, quos superius portas vocavit. Per-  
versi enim prædicatores porta ejus sunt ; quia in-  
gressum perditionis aperunt. Dentes ejus sunt ;  
quia eos quos in errore capiunt, à veritatis solidi-  
tate confringunt. Sicut enim sanctæ Ecclesiæ den-  
tes accipimus eos, qui prædicationibus suis peccan-  
tium duritiam conterunt, unde ei per Salomonem  
dicitur : *Dentes tui sicut greges detonsarum ascen-  
dientium de lavacro* : qui non immerito detonsi ac  
lotis ovibus comparantur ; quia innocuam vitam  
fumentes, in lavaco baptismatis conversationis  
pristina vellera vetusta posuerunt : ita etiam den-  
tibus Leviathan istius errorum magistri figurantur : C  
qui reproborum vitam mordendo dilaniant, &  
eos à veritatis integritate subductos in sacrificio  
falsitatis maculant. Quorum quidem prædicatio fa-  
cile despici ab auditoribus poterat : sed hanc ante  
humana judicia adjunctus sæcularium potestatum  
terror exaltat. Reckè ergo dicitur : [ *Per gyrum dentium ejus formido* : ] id est, iniquos prædicatores  
antichristi perverfa hujus seculi protegunt potes-  
tates. Nam quos illi appetunt loquendo seducere,  
multi potentium student sœviendo terrere. Per gy-  
rum ergo dentium ejus formido est ; ac si aperte  
diceretur : Idcirco isti perversi prædicatores aliquos  
suadentes conterunt, quia circa ipsos sunt alii, qui  
infirmorum mentes terrentes affligunt. Quale ita-  
que illud tempus persecutionis apparebit, quando  
ad pervertendam fidelium pietatem alii verbis sa-  
viunt, alii gladiis ? Quis enim etiam infirmus Le-  
viathan istius dentes non despiceret, si non eos per  
circuum potestatum sæcularium terror munire ?  
Sed duplice contra eos calliditate agitur : quia quod  
eis ab aliis verbis blandientibus dicitur, hoc ab  
aliis gladiis ferientibus imperatur. Quæ utrorum-  
que actio, id est, potentium atque loquentium, in  
Joannis Apocalypsi brevi est sententia compre-  
hensa, qua dicitur : *Potestas eorum in ore & in cau-  
dis eorum erat. In ore namque doctorum, scientia ;  
in cauda vero, sæcularium potentia figuratur.* Per  
caudam quippe quæ retro est, hujus seculi postpon-  
nenda temporalitas designatur, de qua Paulus A-  
postolus dicit : *Vnum autem, quæ retro sunt oblitus,  
ad ea quæ ante sunt extensus.* Retrò enim est omne  
quod transit, ante vero est omne quod veniens per-  
manet. Iстis ergo equis, id est, nequissimis prædi-  
catoribus ubique carnali impulsu currentibus in  
ore & in cauda potestas est ; quia ipsi quidem per-  
versa suadendo prædicant, sed temporalibus potes-  
tibus fulti, per eas, quæ retrò sunt, exaltant. Et  
quia ipsi apparere despicabiles possunt, ab ini-  
quis auditoribus suis per eos sibi reverentiam exi-  
gunt, quorum patrocinii fulciuntur. Unde hic  
quoque non immerito per gyrum dentium ejus for-  
mido inesse describitur : quia multis terroribus agi-  
tur, ut in perversis eorum prædicationibus & si

A non veritatis sententia, certè temporalis potentia  
timeatur. Unde bene eundem antichristum Psal-  
mista descriptis, dicens : *Sub lingua ejus labor & do-  
lor, sedet in insidiis cum divitibus in occultis. Pro-  
pter enim perversa dogmata sub lingua ejus labor  
& dolor est ; propter miraculorum vero speciem  
sedet in insidiis ; propter sæcularis autem potestatis  
gloriam, cum divitibus in occultis. Quia enim simul  
& miraculorum fraude & terrena potestate utitur,  
& in occultis & cum divitibus federe perhibetur,*

*Quod reprobis scuto defensionis corripientium se verba  
repellunt, & concordi pertinacia alterna se  
ad invicem defensione tuentur.*

#### CAPUT XXIV.

**C**orpus illius quasi scuta fusilia,] Sacra Scriptu-  
ra scuti nomine aliquando uti in parte prosp-  
era , aliquando in adversa confuevit. Nam sæpe  
scuti defensio pro divina protectione ponitur, non  
numquam vero pro humana repugnatione memora-  
tur. Pro divina enim protectione ponitur, sicut per  
Psalmitam dicitur : *Scuto bona voluntatis tua co-  
ronasti nos. Scuto nos Dominus coronate perhibe-  
tur ; quia quos protegens adjuvat, remunerans cor-  
onat. Rursum pro humana repugnatione per eum-  
dem Prophetam scutum ponitur sicut alibi ait : *Ibi  
confregit cornua, arcum, scutum, gladium & bel-  
lum.* In cornibus quippe elatis superborum, in ar-  
cu enim insidias longè ferientium, in scuto autem  
obstinata duritia defensionum , in gladio vicina per-  
cussio , in bello vero ipsa contra Dominum mentis  
moto designatur. Quod nimur totum in sancta Ecclesia confringitur , dum mentes Deo resi-  
stant, superposito jugo humilitatis edomantur.  
Hinc rursus per eundem Psalmistam dicitur : *Ar-  
cum conteret, & confringet arma, & scuta combu-  
ret igni.* Arcum enim Dominus conterit, cùm oc-  
ulta insidiantium machinamenta dissolvit. Arma  
confringit , cùm ea quæ contra se erecta fuerant  
patrocinia humana communiciant. Scuta igni com-  
burit, cùm peccantium mentes obstinata se duritâ  
defendentes , ad penitentiam & confessionem ardo-  
rem sancti Spiritus calore succidunt. Quod vero  
in hoc loco corpus Leviathan istius scutis fusilibus  
comparatur, persecutandum nobis innuitur , quia  
durum quidem , sed tamen cùm labitur , fragile  
solet esse vas omne quod fusile est. Scuta ergo si sunt  
fusilia, in fuscipienda sagittarum percusione robusta  
sunt, sed casu fragilia. Ita quidem ferientium  
minime penetrantur, sed suo se lapsu per fragmen-  
ta dissolvunt. Corpus ergo Leviathan istius; id est,  
omnes iniqui, quia per obstinationem durisunt, sed  
per vitam fragiles , scutis fusilibus comparantur.  
Cùm enim verba prædicationis audiunt, nulla cor-  
rectionis jacula se penetrare permitunt : quia in  
omni peccato quod faciunt, scutum superbæ defen-  
sionis opponunt. Nam cùm talium quisque de rea-  
tu sua iniquitatis arguitur, non mox cogitat quo-  
modo culpam corrigit, sed quid in adjutorio sua  
defensionis opponat. Nulla igitur veritatis sagitta  
penetratur ; quia verba sanctæ correctionis in scuto  
excipit superbæ defensionis. Unde bene de Iudeis  
contra præcepta Domini superbæ defensione tuen-  
tibus per Hieremiam dicitur : *Reddes eis vicem Do-  
mine iuxta opera manuum suarum.* Moxque eandem  
vicem expressius subdidit dicens : *Dabis eis scutum  
cordis laborem tuum.* Labor quippe Domini apparet  
inter homines, passibilis ejus humanitas fuit ; quam  
Iudei superbæ sapientes dum cernerent, despexer-  
unt : eumque immortalem credere dignati sunt,  
quem natura passibili mortalem viderunt. Cumque  
ejus humilitatem conspicerent, superbæ futilibus  
obduri, summâ curâ moliti sunt, ne eorum men-  
tes sancta prædicatorum verba penetrarent. Dum  
ergo*

ergo eis Dominus vicem malorum operum redderet, dedit illis scutum cordis laborem suum: quia recte iudicio inde illos contra se superbè obstinatos exhibuit, unde ipse pro nobis infirmitate laboravit. Repulerunt quippe se verba prædicantium; quia dediti sunt in Domino infirma passionum. Laborem igitur Domini contra eundem Dominum scutum cordis habuerunt: quia superba sapientibus eò despiciens apparuit, quod propter eos humilis fuit. Hoc scutum, sicut jam superius diximus, primus ille peccator tenuit, qui requirente Domino cur lignum vetitum contigisset, non ad se culpam retulit, sed à muliere quam Dominus dererat, se accepisse respondit; ut quasi reatum suum obliquè in auctorem relieret, qui ei mulierem dererat, qua talia persuaderet. Hoc scutum etiam requisita mulier tenuit, quando neque ipsa ad se culpam retulit, sed serpens illud perfluationibus replicavit, dicens: *Serpens decepit me, & comedi: ut ipsa quoque reatum suum obliquè in creatorem reduceret, qui illuc intrare serpentem persuasurum talia permisisset. Serpens vero jam non requiritur, quia nec ejus penitentia quærebatur.* Hi autem quorum penitentia quæstia est, scutum nequissimæ defensionis contra justissimæ correptionis verba protulerunt. Unde nunc usque in usum peccantium trahitur, ut culpa cum arguitur, defendatur: & unde finiri reatus debuit, unde cumuletur. Bene ergo dicitur: [Corpus illius quasi sancta fusilia:] quia omnes iniqui, ne ad se corripientium verba perveniant, quasi contra adversariorum jacula scuta defensionum parant. Quod videlicet ejus corpus adhuc nobis expressius detegit, dum subiungit: [Compatian squamus se plementibus.] Fertur quia draconis corpus squamis tegitur, ne citius jaculatione penetretur. Ita corpus omne diaboli, id est, multitudine reproborum, cum de iniquitate sua corripiatur, quibus valet tergiversationibus se excusare conatur, & quasi quafdam defensionis squamas objicit, ne transfigi sagitta veritatis possit. Quiquis enim dum corripitur, peccatum suum magis excusare appetit quam deflere, quasi squamis tegitur, dum à sanctis prædictoriibus gladio verbi jaculatur. Squamas habet, & idcirco ad ejus præcordia transeundi viam verbi sagitta non habet. Duritia enim carnali repellitur, ne spiritalis ei gladius insigatur. Carnali sapientia contra Deum Saulus obduraverat, quando cor eius nulla prædicationis Evangelicæ sagitta penetrabat. Sed postquam fortis celitus increpatione jaculatus, & superno respectu cæcatus est, (lumen quippe ut acciperet, amictus,) ad Ananiam veniens illuminatur. In qua illuminatione quia defensionum suarum duritiae caruit, bene de eo scriptum est: *Ceciderunt quasi squama ab oculis ejus.* Carnalis videbile regnum illum duritiae preserat, & idcirco radios veri luminis non videbat. Sed postquam superba repugnationes ejus vietas sunt, defensionum ejus squamae ceciderunt. Que quidem sub Ananiam manibus ab oculis ceciderunt corporis, sed ante jam sub Dominicâ increpatione ceciderunt ab oculis cordis. Cum enim altæ invectionis jaculo confossus jaceret, humili jam & penetrato corde requirebat, dicens: *Domine, quid me vis facere?* Repulsus videlicet squamis, jam ad cordis viscera veritatis sagitta pervenerat, quando deposita elatione superbia, cum quem impugnauerat, Dominum confitens, & quid ageret neficiens, requirebat. Intueri libet ubi est saevus ille persecutor, ubi lupus rapax. Ecce in ovem jam versus est, qui persecutatur pastoris semitam, quam sequatur. Et nondum, quod cùm diceret: *Quis es Domine?* non ei à Domino respondebat: Ego sum unigenitus Pater, ego principium, ego Verbum ante sæcula. Quia enim Saulus incarnatum Dominum credere contemnebat, & ejus humanitatis infirma

S. Greg. Tom. I.

A despexerat, de cælo hoc quod contempserat audit: *Ego sum Iesus Nazarenus, quem tu persequeris.* ac si diceret: Hoc à me audi de superioribus; quod in me de inferioribus despiciis. Autorem cæli venisse despexeras in terram, ex terra ergo hominem cognoscere de cælo; ut tantò in me amplius sacramenta infirmitatis metras, quanto & haec perducta in celestibus ad excellentiam potestatis probas. Profernens igitur te, nequamquam tibi hoc adstruo quod ante secula Deus sum; sed illud à me audis, quod de me credere deditur. Postquam enim dixit, *Iesus,* adhuc in expressione terrenæ inhabitacionis subdidit, *Nazarenus;* velut si apertius diceretur: Humilitas mea infirma suscipe, & tua superbia squamas amite, Scindendum tamen est, quod ita defensionum squamae quamvis pene omne humanum genus contegant, hypocritarum tamen specialiter & callidorum hominum mentes prement. Ipsi etenim culpas suas tantò vehementius confiteri refugiunt, quanto se citius videri ab hominibus peccatores erubescunt. Correpta itaque sanctitatis simulatio, & malitia occulta deprehensa, squamas objicit defensionis, & veritatis gladium repellit. Unde bene per Prophetam contra Judeam dicitur: *Ibi cubavit lamia, & invenerit sibi requiem, ibi habuit foveam hericium.* Per dlamiam quippe, hypocrita; per hericum vero, malitiosi quique, qui diversis se defensionibus contengunt, designantur. Lamia etenim humanam habere dicunt faciem, sed corpus bestiale. Sic & omnes hypocrita in prima facie quod ostendunt, quae si ex ratione sanctitatis est; sed bestiale est corpus quod sequitur, quia valde iniqua sunt, quæ sub boni specie moluntur. Herici autem nomine, malitiosarum mentium defensio designatur: quia videlicet hericus cum apprehenditur, ejus & caput cernitur, & pedes videntur, & corpus omne conspicitur; sed mox ut apprehensus fuerit, semetipsum in spharam colligit, pedes introrsus subtrahit, caput abscondit: & intra tenentis manum totum simul amittitur, quod totum simul ante videbatur. Sic nimur sic malitiosa mentes sunt, cum in suis excessibus comprehenduntur. Caput enim herici cernitur; quia quo initio peccator ad culpam accesserit, videtur. Pedes herici conspicuntur; quia quibus vestigiis nequita sit perpetrata cognoscitur; & tamen adductus repente excusationibus malitiosa mens introrsus pedes colligit; quia cuncta iniuriantia sua vestigia abscondit. Caput subtrahit, quia miris defensionibus nec inchoasse se pravum aliquid ostendit: & quasi sphæra in manu tenentis remanet; quia is qui corripit, cuncta quæ jam cognoverat, subito amittens, involutum intra conscientiam peccatorum tenet; & qui totum iam deprehendendo viderat, tergiversatione prava defensionis illusus, totum pariter ignorat. Foveam ergo hericus in reprobis habet; quia malitiosa mens sese intra se colligens, in tenebris defensionis abscondit. Sed in hoc quod se peccator excusat, in hoc quod caliginosis defensionibus fixum in se oculum corripiens obnubilat, divinus nobis sermo etiam quomodo à similibus fulciatur ostendit. Sequitur: [Vna uni coniungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas.] Itæ squamae peccantium, ne ab ore prædicantium aliquo vite spiracula penetrentur, & obdurate sunt & conjunctæ. Quos enim similis reatus sociat, concordi pertinacia etiam defensio perversa constipat; ut de facinoribus suis alterna se invicem defensione tueantur. Sibi enim quisque metuit, dum admoneri vel corrigi alterum cernit; & idcirco contra corripientium verba unanimiter assurgit, quia se in altero protegit. Bene ergo dicitur: [Vna uni conjungitur, & ne spiraculum quidem incedit per eas;] quia in iniquitatibus suis dum vicissim superba se defensione protegunt, sanctæ exhortationis

Rit

spicula ad se nullatenus intrare permittunt. Quorum pessifera concordiam adhuc apertius subdidit, dicens: [ *Vna alteri adhærebut, & tenentes se nequaquam separabunur.* ] Qui enim divisi corrigi poterant, in iniquitatum suarum pertinacia uniti perdurant, & tantò magis quotidie à cognitione justitiae separabiores sunt; quanto à se invicem nulla increpatione separantur. Nam sicut esse noxiū soler si unitas desit bonis, ita perniciōsum est si non desit malis. Perversos quippe unitas corroborat, dum concordat: & tantò magis incorrigibiles, quanto unanimes facit. De hac unitate reprobatorum per Sapientem dicitur: *Srup-  
pa collecta, synagoga peccantium.* De hac Nahum propheta ait: *Sicut spina invicem se complectuntur,  
sic convivium eorum pariter potantum.* Convivium namque reprobatorum est delectatio temporalium voluptatum. In quo nimis convivio pariter portant, qui delectationis sue illeccbris se concorditer debriant. Igitur quia membra Leviathan istius, id est, iniquos omnes, quos Dei sermo squamaram compunctionibus comparat, ad defensionem suam par culpa concordat, bene dicitur: [ *Vna alteri adhærebut, & tenentes se nequaquam separabunur.* ] Tenentes enim se separari nequeunt; quia eò ad defensionem suam vicissim constricti sunt, quod se sibi per omnia similes esse meminerunt. Descripto itaque ejus corpore, ad caput sermo reducitur, & quid per sometipsum extremam persecutio- nis tempore antiquos hostis exerceat, nunciatur. Nam sequitur.

*Quod in extrema judicii commotione antichristus in signis & miraculis tantus erit, ut à multis Christus astinetur.*

#### CAPUT XXV.

**S**ternutatio ejus splendor ignis.] Quod melius 34. exponimus, si prius sternutatio quomodo agatur, indagemus. In sternutatione quippe inflatio à pectore exsurgit, quæ cùm apertos ad emanandum poros non invenit, cerebrum tangit, & congesta per nares exiens, totum caput protinus concurrit. In hoc itaque Leviathan corpore, id est, sive in malignis spiritibus, sive in reprobis hominibus, qui illi per similitudinem iniquitatem inhaerent, quasi inflatio surgit à pectore, dum elatio se erigit ex præsentis seculi potestate. Quia quasi ad emanandum poros non invenit; quia in hoc quod contra justos extollitur, disponente Deo quantum appetit prævalere prohibetur. Exsurgens autem cerebrum tangit & concurrit; quia collecta elatio satanæ, sensum in fine mundi arctius percuit, & caput turbar, dum ipsum auctorem malignorum spirituum per eum qui antichristus dicitur, in persecutio- fidelium vehementius excitat. Tunc congesta inflatio per ejus nares egreditur; quia tota superbie ejus iniquitas apertis malitia flariis demonstratur. Quia ergo sternutatio caput maximè concurrit, Leviathan istius sternutatio vocatur illa ejus extrema commotio, qua damnatum hominem ingreditur, & per eum reprobis principatur. Qui tanta tunc virtute se commovet, ut membra Domini, si potest fieri, etiam electa perturbet: tantis signis & prodigiis uitur, ut miraculorum potentia quasi quodam ignis lumine resplendere videatur. Quia ergo communior caput illius miraculis clarificere initur, rectè ejus sternutatio splendor ignis vocatur. In eo enim quod se ad persequendos justos commovet, ante reproborum oculos signorum virtutibus lucet. Et quia ejus tyrannidi lapientes mundi adhærent, eorumque consiliis omne quod pravum molitur, exercet, rectè subjungitur: [ *Et oculi ejus in palpebre diluculi.* ] Per oculos, qui inhærentes capiti, utilitatì visi- nis inserviunt, non immerito ejus consiliarii desi-

Agnantur, qui dum perversis machinationibus que qualiter agenda sunt, prævident, malignis ejus operariis quasi ostensum pedibus iter præbent. Qui rectè palpebris diluculi comparantur. Palpebras namque diluculi, extremes noctis horas accipimus, in quibus quasi nox oculos aperit, dum ventura lucis jam initia ostendit. Prudentes igitur facili, malitiae antichristi perversis consiliis inhærentes, quasi palpebrae sunt diluculi; quia fidem quam in Christo inveniunt, quasi erroris noctem coluber in paradiso primis hominibus loquens, in eo quod se melius aliquid providere simulavit, quasi diluculi palpebras aperuit, quando in innocentibus mentibus humanitatis ignorantiam reprehendit, & scientiam divinitatis promisit. Quasi ignorantia enim tenebras repellet, & aeterna scientia divinum mane nunciabat, dicens: *Aperte-  
rientur oculi vestri, & eritis sicut di, scientes bonum & malum.* Ita in illo tunc damnato homine veniens, ejus oculi palpebris diluculi comparantur: quia sapientes illius, simplicitatem verae fidei quasi transactæ noctis tenebras respunt, & ejus signa mendacia quasi exsurgentis solis radios ostendunt. Sed quia Leviathan iste non solum habet oculos, quia malignis consiliis perversa provideant, sed os quoque ad pervertendas mentes hominum appetit, quoniam per prædicatores pravos ad diligendam erroris fallaciam auditorum corda succedit, aptè subjungitur.

*Quod prædicatores antichristi multos ad perfidiam accendent, sed lux & odor signorum mendacium in carbonum nigredinem redigetur.*

#### CAPUT XXVI.

**D**E ore ejus lampades procedunt. ] Qui enim prævident, oculi; qui autem prædican, os vocantur. Sed de hoc ore lampades exent, quia mentes audientium ad amorem perfidie accendunt: & unde quasi per sapientiam lucent, inde proculdubio per nequitiam concremant. Sed quialis ipsa sapientia eorum lux sit, ostenditur, cum protinus subinfertur: [ *Sicne teda ignis accensa.* ] Ecce jam hypocritis eorum aperte describitur, quorum prædictio tædarum lampadibus comparatur. Tæda enim cùm accendit, odorem quidem suavem habet, sed lumen obscurum. Ita isti prædicatores antichristi, quia sanctitatis sibi speciem arrogant, sed tamen opera iniquitatis exercent, quasi blandum \* quidem est quod redolent, \* al. sed nigrum quod lucent. Olent enim per simulationem justitiam, sed obscurum ardent per nequitiam perpetrationem. Quorum simulationis mali- tiam Joannes in Apocalypsi brevi descriptione comprehendit, dicens: *Vidi aliam bestiam ascen-  
dem in terra, habentem duo cornua similia agni, &  
loquebatur ut draco.* Priorem quippe bestiam, id est, antichristum superiore jam descriptione narraverat; post quem etiam hæc alia bestia ascendi- se dicitur, quia post eum multitudine prædicitorum illius ex terrena potestate gloriatur. De terra quippe ascendere, est de terrena gloria super- bire. Quæ habet duo cornua agni similia; quia per hypocritam sanctitatis, eam quam in se ve- raciter Dominus habuit singularem, sibi inesse & sapientiam mentitur & vitam. Sed quia sub agni specie auditoribus reprobis serpentum vi- rus infundit, rectè illuc subditur: *Et loqueba-  
tur ut draco.* Ita ergo bestia, id est prædicantium multitudo, si aperte ut draco loqueretur, agno

similis non appareret: sed assumit agni speciem, A supra protulimus, veritatis ore per Evangelium dicatur: *Surgent pseudochristi & pseudoprophetae;* *Mar. 13.*  
 ut draconis exerceat operationem. Quod hic utrumque per tēdarum lampades exprimitur: quia & obscenū ardent per effectum malitia, & quasi suave redolent per simulationem vita. Sed nequaquam estimandum est quod tunc solum antichristi prædicatores apparebunt, & nunc ab humanis deceptiōibus desunt. Modò namque priusquam per semetipsum appearat, nonnulli illum vocibus, plerique autem moribus prædicant. An prædicatores simulationis illius non sunt, qui cum sacros Dei ordines obtinent, fugientem totis desideriis mundum tenent: qui virtutes esse ostendunt qua faciunt, sed virtutē est omne quod agunt? Sed electorum mens quanto magis interna luci inheret, tanto subtilius quo modo virtutes à vitiis discerne-re debeat, videt. Quid autem mirum est, hoc nō spiritualiter agere, quod quotidie corporaliter certimus nummularios implere? Qui cum numismata percipiunt, prius qualitatē illius, post figuram, ad extreum verō pondus examinant: ne aut sub auri specie a latet, aut hoc quod veraciter aurum est, moneta reprobri figura dehonestet: aut quod & aurum, & recta figura est, hoc non integrum pondus levigat. Cum igitur mira ignorantia hominum facta conspicimus, residere ad mentis nostrae trutinam quasi solerter nummularios debemus; ut prius discretio aurum examinet, ne sub virtute se vitium occultet, & quod prava intentione agitur, recta visione pallietur. Cujus si intentionis qualitas approbatur, impressa mox formulē figura querenda est, si à probatis monetariis, id est, ab antiquis patribus ducitur, & ab eorum vita similitudine nullo errore virtutatur. Cum verō & per intentionem qualitas, & recta per exemplum figura cognoscitur, restat ut integrum ejus pondus exquiratur. Bonum quippe quod per signa & miracula coruscat, si perfectionis summiā non habet, pensari sollicitate per cautelam circumspetio-nis debet, ne dum imperfecta res quasi pro perfetta accipitur, in accidentis daminū vertatur. Prædicatores itaque antichristi quomodo veram numismatis qualitatem tenent, qui in his quae agunt, intentionis recta vim nesciunt: quia per hanc non cælestem patriam, sed culmen glorie temporalis exquirunt? Quomodo à monetā figura non discrepant, qui ab omni pietate iustorum justos perseundo discordant? Quomodo in se integratatis pondus ostendunt, qui non solum humilitatis perfectionem nequaquam assēcuti sunt, sed neque ipsam primam ejus januām contigerunt? Hinc ergo, hinc electi cognoscant, quomodo eorum signa despiciant, quorum profecta actio omne quod à piis patribus gestum memoratur, impugnat. Sed ipsi quoque electi dum tota signa conspiciunt, dum contemnentes vitam tanta ejus miracula perhorrescant, quoddam dubitatis nubilum in corde patiuntur: quia dum se per prodigia illius malitia elevat, in istis aliquatenus virus certior caligat. Unde recte subditur.

*Quod in persecutione antichristi in errorem penituntur electi.*

#### CAPUT XXVII.

**D**E naribus ejus procedit fumus. ] Oculorum quippe acies fumo sauciatur. Fumus ergo de ejus naribus procedere dicitur: quia de miraculorum ejus insidiis ad momentum caliginosa dubietas etiam in electorum corde generatur. De Leviathan naribus fumus exit; quia ex ejus prodigiis mendacibus, etiam bonarum mentium oculos trepidationis saligo confundit. Tunc namque in electorum cordibus conspectis terribilibus signis, obscura cogitatio congregatur. Unde hoc quod jam

S. Greg. Tom. I.

A supra protulimus, veritatis ore per Evangelium dicatur: *Surgent pseudochristi & pseudoprophetae;* *Mar. 13.*  
 dabunt signa magna & prodigia; ita ut in errorem inducanur, si fieri potest, etiam electi. Quia in re valde querendum est, quomodo aut hi qui electi sunt, induci in errorem possunt; aut cur si fieri potest, quasi ex dubitate subditur, cum quid faciendum sit, Dominus omnia præsciens præstolatur. Sed quia electorum cor & trepida cogitatione concutitur, & tamen eorum constantia non movetur; una hac sententia Dominitis utrumque complexus est, dicens: *Ita ut in errorem inducanur, si fieri potest, etiam electi.* Quasi enim jam errare, est in cogitatione titubare: sed protinus, si fieri potest, subjugatur, quia prouerdubio fieri non potest, ut illi errore plenè electi capiantur. Bene autem in hac fumi caligine ipse etiam animorum fervor exprimitur, cum protinus subinfertur; [ *Sicut olla fuscens arique fervens.* ] Velut enim olla fertiens est unaqueque tunc anima, cogitationum suarum impetus quasi spumas ardentiū undarum sustinens, quas & ignis zeli commovet, & ipsa temporalis oppressio more ollæ intrinsecus clausas retinet. Unde Joannes quoque cum hujus bestiæ signa narraret, adjunxit: *Ita ut ignem faciat de celo descendere.* *Apoc. 13.*  
 Ignem quippe de celo descendere, est de calcibus electorum animis sancti zeli flammæ emanare. Quia verō Leviathan iste alia non solum serpens, sed etiam regulis dicitur, pro eo quod immundis spiritibus, vel reprobis hominibus principatur, sicut Esaias ait: *De radice colubri egredietur regulus;* inspicendum nobis summopere est qualiter regulis perinat, ut ex operatione regali, hujus nobis malitia apertus innofcar. Regulus namque non morsu perimit, sed flatu consumit. Sepe quoque aërem flatu afficit, & quidquid vel positum longè contingit sola natum inspiratione tacefacit. Hinc ergo pensare compellitur, per hoc quod de naribus ejus fumus procedere dicitur, etiam priusquam apertus appareat, quid quotidie in humanis cordibus fumo pestifera exhalationis operetur. Quia enim, sicut & superius diximus, fumus oculorum acies infirmatur: non immunit de ejus naribus fumus procedere asseritur, cuius nondum inspirationibus prava in humanis cordibus cogitatio nascitur, per quam acies mentis obtunditur, ne lux interna videatur. Quasi enim flatu natum caliginem emittit; quia in reprobationem cordibus insidiarum suarum alpirationibus ex amore vita temporalis æstum congerit multiplicium cogitationum. Et velut fumi globos multiplicat; quia inanissimas praesentis vita curas in terrenorum hominum mente coacterat. *Ite fumus ex ejus naribus prodiens, aliquando ad tempus etiam electorum oculos tangit.* Hunc namque intrinsecus fumus patiebatur Propheta, cum dixit: *Turbatus est per ira oculus meus.* Hujus inundatione premebatur, dicens: *Cor meum conturbatum est in me, & lumen ps. 37. 6. oculorum meorum non est mecum.* Fumus quippe iste obtundit aciem cordis; quia caliginis sua nubilo serenitatem intimæ turbat quietis. Cognosci vero nisi tranquillo corde non potest Deus. Unde per eundem Prophetam rufus dicitur: *Vacate & videte quoniam ego sum Deus.* Vacare autem mens non potest, quia hujus fumi inundationibus premitur: quia in ea terrenatum cogitationum volumina ex praesentis vita amore glomerantur. Lumen ergo quietis interna hoc fumo amittitur; quia curarum prurigine oculus dum confunditur, tenebratur. Sed fumus iste alter electorum animos turbat, alter reproborum oculos excusat. A bonorum quippe oculis spiritualium desideriorum flatu respergitur, ne prævalente misera cogitatione densetur. In reproborum verō mentibus quod se licetius per terras cogitationes colligit, eò ab eis fun-

Rr ij

ditus veritatis lumen tollit. Fumus iste reproborum cordibus quot illicita desideria ingerit, quasi per tot ante illos globos intumescit. Et sicut fumi globos novimus; quia cum aliis superius manescunt, ali inferioris surgunt; sicut & in cogitatione carnali est alia pravitatis desideria transirent, alia succedunt. Sepe autem mens misera quid jam transferit, viderit: sed ubi adhuc retinatur, non viderit. Gaudet de quibuldam vitiis, quod eis subjecta jam non sit, & praecavere ac genere negligit, quia eorum vice successerunt alia, quibus fortasse nequius succumbit: siue fit, ut dum alia vicia transirent, & semper alia succedunt, ab hoc serpente cor reproborum sine intermissione teneatur. Unde bene *sobel.* 1. per Iohannem prophetam dicitur: *Residuum eruca comedit locusta, & residuum bruchi comedit rubigo.* Expergesimini ebrii, & flete. Quid enim per erucam, quae toto corpore in terra reptit, nisi luxuria designatur? quae cor quod tenet, ita polluit, ut in superioris munditia surgere amorem non possit. Quid per locustam quae saltibus evolat, nisi inani gloria exprimitur, que se vanis presumptionibus exaltat? Quid per bruchum, cuius pene totum corpus in ventrem colligitur, nisi odendi ingluies figuratur? Quid per rubiginem, quae dum tangit, incendit, nisi ira innuit? Residuum ergo eruca locusta comedit, quia sepe cum luxuria vitium a mente recesserit, inani gloria succedit. Nam quia jam per amorem carnis non stornitur, quasi sanctam se ex castitate gloriat. Et residuum locusta bruchus comedit; quia sepe cum inani gloria, quae quasi ex sanctitate veniebat, resistitur, vel ventri vel quibulibet ambitionis desideriis immoderatus indulgetur. Mens enim Dei nescia, tantò atrocius ad quemlibet ambitum ducitur, quanto nullo vel humanae laudis amore refraenatur. Residuum bruchi rubigo consumit; quia sepe dum ventris ingluies per abstinentiam restrainingitur, ira impatientia acris dominatur; quae more rubiginis quasi excendo messem comedit, quia virtutum fructus impatientia flammatabefacit. Cum ergo vicia viciis succedunt, agrumentis alia pestis devorat, dum alia relinquit. Bene autem illuc subditur: *Expergesimini ebrii, & flete.* Ebrii quippe vocati sunt; qui mundi hujus amore confusi, mala non sentiunt que patiuntur. Quid est ergo dicere: *Expergesimini ebrii, & flete;* nisi somnum veltra insensibilitatis excutite, & in devastazione cordis tot fibi succendentibus vitorum pestibus, vigilantibus lamentis obviare? Per tot igitur globos de Leviathan naribus fumus surgit, per quod nimurum pestes frugem cordis reprobi occulta aspiratione consumit. Cujus adhuc fumi vim sollicitè Dominus exprimit, cum illico subjungit: [ *Sicut olla succensa atque ferventis.* ] Olla enim succenditur, cum mens humana maligni hostis suasionibus instigatur. Olla autem feruet, cum jam etiam per consilium in desideriis pravae persuasionis accenditur. Et tot undas quasi fervendo projicit, per quos se nequitas usque ad exteriora opera extendit. Hunc namque carnalis conscientia, id est, olla fervorem, ex Leviathan fumo venientem Propheta conspexit, cum dicebat: *Ollam succensam ego video, & faciem ejus à facie Aquilonis.* Ab Aquilonis namque facie humani cordis olla succenditur, dum instigatione adversarii spiritus illicitis desideriis inflammat. Ille namque qui ait: *Sedebo in monte testimoniis, in lateribus Aquilonis;* mentem quam semel coperit, malignis persuasions suis flatibus, quasi superpositis ignibus accendit: quatenus non contenta presentibus, indesinenter per desideria astuet, ut alia contempnenda appetat, alia adepta contemnat: ut modò suis compendiis inhiet, modò alienis modis etiam cum proprio detimento contradicat: modò carnis illecebris satisfaciat, modò quia in

A quodam culmine per cogitationis superbiam raptam, carnali cura postposita, totam se in typho elationis attollat. Quia ergo cor per varia desideria abducitur, quod instigationibus Leviathan istius inflammatur, recte ejus fumus succensa & feruenti olia similis esse perhibetur: quia per tot se fervores afflata ejus tentationibus conscientia erigit, per quod intra se cogitationes intumescit. Quod verbis alius adhuc veritas apertius exequitur, dum subiungitur.

*Quod persuasione diabolica ad diversa vicia reprobrum anima inflamentur, & flamma malitia ejus infructuosa ligna comburatur.*

#### CAPUT XXVIII.

**H** Alitus ejus prunas ardore facit.] Quid enim prunas, nisi succensas in terrenis concupiscentias reproborum hominum mentes appellat? Ardent enim cum quodlibet temporale appetunt: quia nimurum urunt desideria, que quietum ac integrum esse animum non permitunt. Toties igitur Leviathan halitus prunas accendit, quoties ejus occulta suggestionis humanas mentes ad delectationes illicitas pertrahit. Alias namque superbiae, alias invidia, alias luxuriae, alias avaritiae facibus inflammant. Superbia quippe faciem menti Eva supposuit, cum hanc ad contemnenda verba Dominice iussionis instigavit. Invidiae quoque flamma Cain animum *Gen. 4.* succedit, cum de accepto fratris sacrificio doluit, & per hoc usque ad fratricidii facinus pervenit. Luxuriae facibus cor Salomonis exsusit, quem tanto *Reg. 21.* mulieribus amore subdidit, ut usque ad idolorum venerationem deduxit, dum carnis delectationem sequeretur, conditoris reverentia obliviisceretur. Avaritiae quoque igne Achab animum concremavit, cum cum ad appetendam alienam vineam impetratis desideriis impulit, & per hoc usque ad reatum homicidii pertraxit. Tanto igitur Leviathan iste halitus in pruni flat, quanto annisu suggestionis occultae humanas mentes ad illicita inflammant. Unde & bene mox subditur: [ *Et flamma de ore ejus egreditur.* ] Flamma quippe oris ejus est ipsa instigatio occultae locationis. Pravae enim suasionis verba ad uniuscujusque animum facit, sed flamma est quod de ejus ore egreditur: quia ardor in desideriis animus, cum ejus suggestionibus instigatur. Hac quotidie suggesta, usque ad praesentis vita terminum suggesterere non desistit: sed tunc se nequius dilatar, cum per illum damnatum hominem veniens, in huic mundi se gloria aperte ostentat. Tunc ab ejus naribus vastior fumus procedit; quia humana corda signorum ejus admirationibus territa amplior instigatio percudit. Tunc ejus halitus vehementius prunas ardore facit; quia reproborum mentes, quas jam calentes amore gloria temporalis invenerit, suggestionis sua flatibus usque ad nequitiam exercenda crudelitatem incendit. Tunc de ore ejus flamma egreditur; quia quidquid per se, quidquid per prædicatores suos loquitur, ignis est, quo infructuosa ligna concremantur. Ignis autem terrena concupiscentia eorum mens tangit, qui nequaquam fieri pretiosia metallia concupiscunt. Qui ergo oris ejus *i. Cor. 3.* non vult flamma affici, juxta doctoris veri sententiam, non lignum, scenum, stipula, sed aurum, argentum, & pretiosus lapis curer inveniri: quia tandem ignis suasionis illius amplius incendit, quando se ei ad consentiendum molliorem quisque preberet. Sed quia nulla ratione conceditur, ut mens in hac corruptibili carne posita, nequaquam suasionis illius ardore tangatur, restatur malignis flatibus adusta, ad orationis opem te sine cessatione convertat. Flammam quippe suggestionis illius extinguit ciuitas unda lacrymarum.

**D** E *Hiere.* 1. *c.* *I fat. 14.* rat, cum dicebat: *Ollam succensam ego video, & faciem ejus à facie Aquilonis.* Ab Aquilonis namque facie humani cordis olla succenditur, dum instigatione adversarii spiritus illicitis desideriis inflammat. Ille namque qui ait: *Sedebo in monte testimoniis, in lateribus Aquilonis;* mentem quam semel coperit, malignis persuasions suis flatibus, quasi superpositis ignibus accendit: quatenus non contenta presentibus, indesinenter per desideria astuet, ut alia contempnenda appetat, alia adepta contemnat: ut modò suis compendiis inhiet, modò alienis modis etiam cum proprio detimento contradicat: modò carnis illecebris satisfaciat, modò quia in